m Undus igitur secundum Martianum (vt supra dictū est) est vniuersitas creaturarum conglobata: in sphere modum. dicit enim mundus: celum cum omnibus suis contentis: et habet mūdus duas partes: scilicet primam: que est incorruptibilis: que incipit a sphera Lune inclusiue in sursum. Secunda est corruptibilis et variabilis: que incipit a sphera ignis inclusiue in deorsū vsq; ad centrū terre. Prima pars habet celum cum stellis Solem et Lunam cum ceteris planetis. Secunda habet ignem: aerem: aquam et terram: cum auibus: animalibus: herbis: lapidibus et huiusmodi. In prima semper viget lux in secunda semper reperitur obscuritas: et (vt breuiter concludatur) per prime partis influentiam secunda pars gubernatur. Moraliter ergo loquendo per mundum intelligo ecclesiam: in qua sunt oēs creature: idest christiani boni et mali inibi per vnitatem fidei congregati: sed ista habet duas partes: scilicet partem superiorem: que est ecclesia triumphās scilicet sanctorum angelorum atq; beatarum animarum: que fruunt deo incessanter: habet etiam ecclesia aliam partem inferiorem: que est ecclesia militans: que est mutabilis et variabilis: et depressa: et variis impressionibus vel impressionibus: idest tribulationibus: et tentationibus: est repleta: nebulis et nubibus: idest diuersis ignorantijs et erroribus est substracta et inuoluta. Sed pars superior: scilicet Paradisus semper habet claritatē: q; claritas solis: idest Christi: illuminabat eā: imo in decuplo lumi-

nosior q̃ sit Sol: ꝛ lucerna eius erat agnus. Apoc. 21. Et sequitur. Nox enim non erit ibi: quia sancti sunt confirmati in gratia ꝛ gloria: ꝛ nõ possunt transire a lumine gratie ꝛ glorie: ad tenebras peccati: quia peccare nõ possunt: neqꝫ a lumine intuitiue visionis ad tenebras ignorantie ꝛ cecitatis. Nam in diuina essentia tanq̃ in speculo claro omnia videntur. Greg. enim sic ait. Quid est quod non videat: qui videntem omnia videt? habet etiam paradisus sacietatem omnimodam. ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua: quia psal. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: ꝛ torrẽte voluptatis tue potabis eos: habet etiam paradisus perpetuitatem. Math. 25. Ibunt hi in vitam eternam. Et Sapientie. Iusti autem in perpetuũ viuent. Item in parte prima: scilicet in paradiso est ibi celum: idest deus: qui ut sphera intellectualis omnia ambit: per suam immensitatem ꝛ diuinam essentiam infinitam. quia est vbiqꝫ per potentiam: presentiã ꝛ essentiam: secundum Magistrum in primo: ꝛ Sco. ibidem ꝛ cõmuniter theologi. Item ibi sunt stelle: idest angeli qui sunt stelle fixe: imutabiles: ꝛ incorruptibiles. quia Baruch. 3. Stelle manentes in custodijs suis stelle: idest angeli sancti. Est ibi Sol: idest Christus qui sol dicitur iustitie. Malach. 4. Et Boetius ait. Quem quia respicit omnia solus: verum possis dicere solem. Est ꝛ ibi luna: idest beata virgo Maria: que exaltata est super choros angelorum ad celestia regna: vt canit ecclesia: que Canti. 6. dicitur. pulchra ut luna. quia sicut Luna a Sole recipiens lumen illuminat noctem: sic beata Maria a Sole: idest Christo: gratiam recipiens: illuminat noctes: idest peccatores: scilicet auxiliando. Itẽ ibi sunt planete: idest sancti ꝛ sancte: qui solem iustitie Christum iugiter sunt secuti: sicut planete secuti sunt solem. In secunda autem parte: idest in ecclesia militante est ignis: idest ardor charitatis: dei: scilicet amor ꝛ proximi: est aer: idest splẽdor honestatis: ꝛ bone exemplaritatis: luceat lux ve. co. ho. ꝛ ẽ aqua: idest dolor cordialis pietatis erga proximum Math. Beati misericordes quoniam misericordiam consequentur: est ꝛ ibi terra: idest infinitas ꝛ depressio humilitatis. Qui se humiliat exaltabitur. Item sunt ibi aues: idest viri contemplatiui vsqꝫ ad celestia volantes: vt fuit Paulus raptus vsqꝫ ad tertium celum: ꝛ audiuit archana dei: que non licet homini loqui: ꝛ Joannes Euangelista qui fluenta Euãgelij: de ipso sacri dominici pectoris fonte potauit. Et beatus Franciscus: qui in contemplatione visus est eleuatus: tanquam esset auis vsqꝫ ad fagos. Item sunt ibi animalia: idest viri terrestres ꝛ actiui: in septem operibus misericordie: tam corporalis q̃ spiritualis: exercitati. Item ibi sunt lapides: idest peccatores insensibiles: duri: frigidi: ꝛ obstinati. Indurabitur cor eius vt lapis. Sunt ẽt ibi arbores: idest fragiles ꝛ imperfecti: qui flatibus tentationum pelluntur: ꝛ sepe vigorem gratie perdunt atqꝫ recuperant. quia Prouer. 24. Septies in die cadit iustus ꝛ resurgit. Prima materia primo fuit sine forma: sine loco: ꝛ sine qualitate: secundum Plato. in Thimeo. Sed tãdem ad multas formas nobiles est reducta. ex quibus constat machina vniuersi. Sic ve-

Apoc. Greg. Pla. Math. Sap. Magi. Sco. Baruc. Malac. Boe. Cant. Math. Prouer. Pla.

re est anima cuiuslibet a deo data: sine forma. quia. 3. de anima. est tanq̃ tabula rasa: in qua nihil est depictum. Sed ad diuersas formas reducitur primo. v̓tute sacramenti baptismi introducuntur tres forme spirituales: scilicet fides: spes: & charitas. vt patet in. 4. senten. & successiue introducuntur alie forme: scilicet habitus scientiales. scilicet grammatica: logica: phylosophia: metaphysica: astrologia: theologia: & vltima itroducitur in animam: absq̃ expulsione siue corruptione precedentis. quibus si post logicam acquiritur physica: non tamen destruitur logica: & sic consequenter: quod tamen fieri in materia habetur pro impossibili: quia generatio vnius est corruptio alterius. Inducuntur etiam alie forme in dictam animam: scilicet virtutes morales. videlicet iustitia: fortitudo: prudentia: & temperantia: & vltima sine corruptione p̄cedentium inducitur: quod est signum inmortalitatis anime: quia materia non recipit secūdam nisi prius expellatur precedens: non sic anima. & ideo dignior. Aliter est sine forma quia in ecclesia militante vere sunt multi iusti: & boni: pauperes & depssi: non habentes speciem neq̃ decorem: quia carent alimentis & vestimentis sufficientibus: isti sunt inuisibiles sine colore: quia nullus dignatur eos respicere: ipsi sunt sine quantitate: idest sine temporali facultate: ipsi sunt sine loco: quia non habent domum nec locum: imitantes Christum qui non habuit locum. q̄z mater eius reclinauit eum in presepio: q̄z ei nō erat locus in diuersorio. Et volucres celi habent nidos: & vulpes foueas: filius autem hominis non habet locum vbi reclinet caput. Sic nos q̄ nō habemus ciuitatem p̄manentem. Isti dicti pauperes iusti non h̄nt t̄ps & sunt sine t̄pe. q̄z eoꝝ t̄ps nō ē in hac vita: sed in futura: q̄z tūc ad formas nobiles reducent̄: inquātū cū b̄tis gloriabuntur. Sap. Fulgebunt iusti sic sol in ꝯspectu dei. q̄z vt d̄r Job. 12. Nūc deridet̄ iusti simplicitas. Lāpas ꝯtēpta apud cogitationes diuitū: parata ad t̄ps statutū. i. ad t̄ps post mortē. tunc. n. iduent̄ stolle glīa: & imortalitatis. Uel dic: q̄ m̄ā ē paup scholaris. q̄ p° est sine loco & t̄pe: s̄z tandē acq̄sita sc̄ia: acq̄rit potentiā: locū: prudentiā: p̄bēdā & famā. M̄ā d̄r Eccli. xi. Sap̄ia hūiliātis: exaltabit caput ipsius. Itē m̄ā ē igñabilis & icorruptibilis. q̄z l̄z forma ei᷒ corrūpat̄ & alia inducat̄. ip̄a t̄n icorruptibilis p̄seuerat. nō. n. ē sub forma aq̄: & nō s̄b forma terre: & t̄n m̄ā i se nullo mō variat̄. Talis ē vir fortis & p̄fect᷒. l̄z. n. sua forma. i. sua sp̄es & p̄sp̄itas: illiusq̄ valor: & felicitas destruat̄: & forma ꝯ̄ria. i. tribulatio & paup̄tas itroducat̄: ip̄e t̄n de bono ꝓposito nō mutat̄. q̄z Prouer. 12. d̄r. Nō ꝯtristabit eū q̄cq̄d acciderit: & Paul. q̄s separabit nos a charitate x̄pi? Iste nāq̄ iust᷒ l̄z nūc sit sub forma ignis. i. i ardore tribulationū vt sc̄ti Martyres: nūc sub forma aque. i. i affluētia delitiaꝝ: vt sc̄tā Melisabet & sc̄tā Catherina: nō sub forma aeris. i. i plenitudine diuitiaꝝ: vt fuit sc̄tūs Greg. p̄p̄. sc̄tūs Ludouicus rex Frācie: ip̄se t̄n nō deserit suā bonitatē: sed sine corruptione p̄cti semp manet: sicut sol. Stultus autem vt luna mutabitur. Ecci. 27. Uel expone de deo: qui est inmutabilis: incorruptibilis: & inuariabilis. quia Malach. 3. Ego dominus: qui non mutor. Et

Jaco.

Phs

Ibūt de virtute i virtutē.

Sapie

Job

Eccle.

Prouer.

Eccle.

Malach.

Iaco. Apud quē nō ē trāsinutatio nec vicissitudinis obūbratio. Et Boe. Boe.
Stabilisq3 manēs dat cuncta moueri. Uel expone: de firmitate fidei vl ec
clesie: q̄ l3 sit sub diuersis formis 7 ꝯditionib⁹ siue ꝑsecutionib⁹: vt tēpore
martyrū: sub diuersis heresib⁹: 7 multis scisinatib⁹: tpe hereticoꝝ 7 scisma
tu3: nunq̄ tñ perijt. Luc. 22. Ego ꝓ te rogaui Petre: vt nō deficiat fides Luc.
tua. Mūdus ēt l3 ꝯstet ex diuersis ptib⁹: in se tñ est vnus nūero: 7 hoc pp
m̄e vnitatē. Et ſm Macrob. de sonno Scipionis. Orbes mūdi se cōtin= Macro.
gendo harmoniā musicā modulanṫ. sic vere hic. l3 religio 7 studiū cōstēt
ex diuersis ptib⁹. i. ex diuersis ꝑsonis 7 nationibus: debēt tñ eē vnū: quā
tum ad cōcordie vnitatē. 7 q2 m̄ā3 vnā hñt. i. vnā regulā: vt religio vel vnā
fidē. vt. s. ecclesia vel vnā ꝯcordiā: 7 iō debēt oēs ecclesie: religiones: 7 ci=
ues ꝯcurrere in vnū. Nā qlibet fidelis d3 eē vnus cū deo ꝑplenā 7 ꝑfecta3
voluntatis ꝯformitatē: vt in oibus plene deo ꝯsentiat 7 ꝑfecte obediat. 1.
Cor. 6. Qui adheret deo: efficiṫ vnus spūs cu3 illo. D3 eē vnus in seipso Paul.
per cōcordie tranqllitatē: ut in regno aie plene: pacē 7 ꝑfecte possideat:
rōe deo obtēperante: 7 virib⁹ inferioribus iperante. 1. Macha. 8. Cōmit Macha.
tunt magnatū vni: 7 oēs obediunt vni. Ad rōne3 ptinet magnatū: ad vo=
luntatē imperiū: ad multitudinē sensuum 7 viriū inferioꝝ: ptinet officia=
liū ministeriu3 7 obediētia. Itē debent eē vnū vnitate ꝓfessionis: ꝯuersa=
tionis 7 dilectionis. Act. 4. Multitudinis autē credentiū: erat cor vnū 7 Act.
aia vna. 7 erāt eis oia cōia. ps. Qui habitare facis vnius moris in domo. Psal.
Ista aūt vnitas cōpetit oib⁹ secularibus: q idē ꝓmiserūt in baptismo dicē
do: abrenūtio diabolo 7 pōpis eius. Et iō iste ptes: debēt voces harmoni=
cas. s. orōnē: ꝯfessionē: 7 graꝝ actionē: dulciter resonare. Ubi Sap. vltio Saple.
In se. n. q̄si elemēta ꝯuertunṫ: quasi in organo: oia sonū suum custodiūt.

¶ Quomodo Mundus est contemnendus. Cap. 3.

Notandu3 est breuiter ꝙ mundus pōt accipi tripliciter. Uno mo
do ꝓ vniuersitate creaturaꝝ. sicut dṫ. Eccle. 43. Spēs celi glo= Eccle.
ria stellaꝝ: mundū illuminās in excelsis dñs. 7 vt sic ē diligēdus
ordinate. s. in ordine ad deū. Scdo mō accipiṫ mundus ꝓ statu p̄sentiū
miseriaꝝ: 7 de hoc. 1. ad Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mundū: 7 nō Paul.
dubiu3: q2 nec auferre qd possumus. Tertio modo accipiṫ mundus: p̄o
cōitate oiu3 malaꝝ ꝑsonaꝝ. 7 sic accipiṫ in pluribus locis scripture sacre:
maxime. 1. Io. 2. Nolite diligere mundū: neq3 ea q̄ in mundo sunt. Et no Ioan.
tandu3 ꝙ istis duob⁹ vltimis modis: mūdus nō d3 diligi: s3 magis respui
7 ꝯtēni: 7 hoc multiplici rōe. p°. q2 ē locus nociuus 7 piculosus. 2°. obscu
rus 7 nebulosus. 3°. infectus 7 pnitiosus. 4°. turbatus 7 laboriosus. 5°.
fallens 7 deceptuosus. 6°. labens. 7 defectuosus. ¶ Primo dico mun=
dum esse contemnendum. quia est nociuus 7 piculosus. Est. n. sicut ne=
mus vbi aialia domestica sp sunt in piculo: vel vt a venatorib⁹ capianṫ: vel
a bestijs crudelib⁹ deuorenṫ. Est ēt sicut mare: vbi pisces minores sūt esca
maioꝝ: 7 vbi vix euadēt rhetia seu sportulas piscatoꝝ. Nā sicut in mari: cā
cri sentiētes lac 7 carnes assas: libēter rhetia piscatoꝝ ingrediunṫ vbi ca=
piunṫ vt finaliter comedanṫ. Sic vere mūdus ē piculosus. q2 non solū ibi

sunt bestie crudeles .i. pueri boies ꝛ raptores: sꝫ et ibi sunt occulti venatores ꝛ piscatores .s. ipsi demones: q nõ cessant cancris .i. pctõribus retrogradis: lac ꝛ carnes .i. mundi delitias porrigere ꝛ ostẽdere: vt in vberibus suaꝝ tẽtationũ ipsos possint p malos ↄsensus ꝛ desideria irretire: ꝛ in inferno finaliter deuorare. Ipm ergo debemus ↄtẽnere tanq̃ nociuũ ꝛ periculosum. Nã vt dicit Aug. ad Dyoscor. Periculosior est mũdus blãdiẽs: q̃ molestus: ꝛ plus cauẽdus est cuꝫ allicit vt diligat: q̃ cũ cogit vt ↄtẽnatur.
Aug. 2 ¶ Scdo ipm debemus ↄtemnere tanq̃ obscuꝝ ꝛ nebulosuꝫ. Sic .n. i mari ꝛ in locis paludinosis solẽt abũdare nebule ꝛ vapores: ꝛ p ↄñs maior obscuritas ibi esse: sic in mari huius mũdi abundãt vitia ꝛ errores: ꝛ iõ ibi ẽ tanta obscuritas ignorãtie: ꝛ tãta ingratitudinis caliginositas: ꝙ de⁹ q̃si a pctõribus oblitus nõ cognoscit. Ois veritas ignorat: ꝛ dei beneficia q̃si
Jo. a nemine cõgitant. Sicut .n. dr. Jo. 1. Deus in mundo erat: ꝛ mũdus p
Jo. ipm factus: ꝛ mundus eũ nõ cognouit. Et sicut Jo. 14. dr. Spũm veri-
3 tatis: quẽ mundus nõ põt accipe. ¶ Tertio dico ꝙ debemus mundũ cõtemnere: tanq̃ infectũ ꝛ pnitiosum. Sicut .n. aliqua loca sunt pernitiosa ꝛ humane ↄplexioni ↄria: pp multa accidentia q̃ sunt ibi: vꝫ. Aliqua pp terremotũ: sicut Sicilia. Aliqua pp ignẽ ↄtinue spirantẽ: sicut Eloya. Aliq̃ pp ventũ flantẽ: sicut Prouentia. Aliq̃ pp caloꝝ vrentẽ: sicut Ethiopia. Aliq̃ pp algorẽ stringentẽ: sicut Liuonia. Aliq̃ pp copiã aialium venenosoꝝ inhabitantẽ. sicut est Egyptus: ꝛ superior Lybia ꝛ Jordanis. Sic vere mundus est spũaliter pnitiosus: ꝛ illoꝝ q̃ ibi sunt mẽtaliter infectiuus: qꝛ ibi sunt Terremotus incõstantie ꝛ labilitatis. Ignis spirãs auaritie ꝛ cupiditatis. Uentus pflans supbie ꝛ põpositatis. Calor vrens luxurie ꝛ carnalitatis. frigus stringens indeuotionis ꝛ tepiditatis. Copia bestiarum seuiẽs .i. multitudo holum totius malitie ꝛ iniqtatis. Nã fm Ply.
Ply. in Egypto superiori: est terra inhabitabilis: ꝑ eo ꝙ ibi sunt Basilisci solo visu interficientes. Dracones ignem spirãtes ꝛ exalãtes. Reguli alte volãtes ꝛ discurrẽtes. Tygres dure mordẽtes ꝛ occidentes. Sic re vera terra huius mundi est pnitiosa. qꝛ certe ibi sunt Basilisci .i. luxuriosi. qui
Petrus fm btũ Petrũ. 2. Pe. 2. Oculos habẽtes plenos adulterio: visu inficiũt inquantuꝫ alliciũt ad pctũ. ibi et sunt dracones .i. auari ꝛ ambitiosi: q. s. igne auaritie inflãmant. ibi et sunt reguli .i. supbi q alis supbie sursum p elationẽ: vndiq3 deferunt. Et breuiter veꝝ est qd dr. 1. Jo. 2. Qd oẽ qd
Ioan. est in mũdo aut ẽ ↄcupia oculoꝝ: aut ↄcupia carnis: aut supbia vite. Ubi ondit ꝙ in mundo sunt cupiditas tpalis: ꝛ hec est ↄcupia oculoꝝ. Carnalitas corporalis: hec ẽ ↄcupia carnis. Põpositas vite. hec ẽ superbia vite.
Amb. Uñ Amb. sup ps. O q̃ rarus est in terris: cui nihil cuꝫ seculo cõe sit: quẽ nõ inflãmet libido: stimulet auaritia: lasciuia effeminet: luxuria decoloret: sternat ambitio: cruciet inuidia: ira sollicitet. Cõtẽnamus ergo mundũ tanq̃ infectũ ꝛ pnitiosuꝫ. Et ad ꝓpositũ narrat Auctor de septẽ donis. dono septimo. se semel vidisse quandã visionẽ satis mirabileꝫ. Cũ in die pcedenti tractasset illud scripture. Ecci. 1. stultoꝝ infinitus ẽ numerus. Uidit nãq3 in somnis quendã ad os clibani existentẽ: ꝛ os apientẽ: q̃si vellet
totum

totuȝ calorē ibi existentē intra suuȝ os attrahere. Aliū vidit sup cacumen montis altissimi aperientem filr os suuȝ ⁊ conantem ad se attrahere oēs ventos. Tertiuȝ vidit tenentē gladiuȝ ⁊ se excoriantē: ⁊ oīa ossa sua volenteȝ extrahere: sine ossib⁹ viuere credentē. Quartū vidit q erat i fluuio torrenti: ⁊ aquā de torrente retrocedere facere volebat: manib⁹ ⁊ pedibus ac totis virib⁹ ipellēs eaȝ sursuȝ ascendere. Qui de somno euigilās sup mōduȝ mirabat̃ qd nā hoc esset: sed tandē sic exposuit. Spūaliter nō est dubiuȝ: qn hec sint quatuor fatuitates: imo dementie maxime huius mūdi: ⁊ tñ fm mundanos magne reputātur prudētie. q2 scriptuȝ est. Sapia huius mundi stultitia est apud deū. iō dicit Apls. Nolite eē prudētes apud vos metipsos. De his. n. scribitur Daniel. 4. Quatuor vēti pugnabāt in mari magno. Per primū intelligunt̃ auari: q in cōcupiscentia diuitiaꝝ auri ⁊ argenti: exardescunt. Nā si mille millia habeant: adhuc plura appetunt: fm illud. Crescit amor nūmi q̄tuȝ ipsa pecunia crescit. Sicꝫ ydropicus: cuius sitis non extinguit̃: ⁊ illud. Quo plus sunt pote; plus sitiunt aque: ⁊ tales auari p fraudes ⁊ rapinas ac vsuras ad se attrahere appetūt hbas proximoꝝ dicētes illud. Ūn veniat querit nemo: sed opȝ habere. Tales tñ a mūdo sapientes reputātur. cum fm sniaȝ Saluatoris sint stulti. Luc. 12. Stulte hac nocte morieris: q̄ autē preparasti cuius erūt. Glo. ⁊ tu cuius eris. q2 diaboli. s. ⁊ Math 19. Facilius est Camelū transire p foramen acus: q̄ diuitē itrare i regnū dei. Per fm itellige supbos ⁊ iuidos: nā ista vitia se se ꝯcomitant̃. supbus. n. sp est inuidus: q2 nollet aliquē sibi in honorib⁹ equari. Et tales lȝ apud mundū sapiētes reputent̃: apud deū tñ stulti sunt: cuȝ deus supbis resistat. et nequā sit oculus inuidi: ⁊ q se exaltat humiliabit̃. Per tertiū intelligo principes ⁊ dños tpales: q sine ossib⁹ viuere volūt. Ossa. n. sunt coloni: agricole: laboratores: ⁊ boni mercatores: qb⁹ sustentat̃ ciuitas: imo totus orbis: sic corpus ossib⁹. Ūn in opes paupes: p Rectores ⁊ Principes excoriant̃ ꝓpꝭe ibijs: ita vt vix viuere possint. iponēdo onera iportabilia ⁊ varias exactiones. Per q̄rtū intelligunt̃ Iudices ⁊ Aduocati: Procuratores: Notarij: q conāt̃ astutijs ⁊ fallacijs: auertere iustitiā significatā p torrentē. Ūn nūc cū difficultate inuenit̃ aliqs: q possit hr̄e sniaȝ: nisi mediāte pecunia. Sȝ tādē hti erūt q faciūt iustitiā: ⁊ sitiūt ⁊ esuriūt: pp q̄ oīa supradicta: ꝯdudit̃ ꝯtēnēdus ē mūdus ⁊ fugiēdus. ¶ Quarto dico q̧ ipȝ debem⁹ ꝯtēnere: tāq̄ turbidū ⁊ laboriosū. In mūdo. n. nō ē nisi labor: āgustia: miseria: calamitas ⁊ aduersitas: ⁊ tñ mūdus amatores suos ita allicit: q̧ hmōi miserias nihil sentiūt. Mādragora. n. facit poma totalr̄ isipida: talis tñ sr̄ v̄tutis q̧ odorātē ipa poma totalr̄ faciūt obdormit̃: ita q̧ si ferro vulneret̃ nūq̄ sētit: vt dic Ply. Sic ꝟe mūdus hȝ poma sua. i. tpalia bōa: q̄ p certo isipida sr̄: qnimo aspera ⁊ amara: q2 p culdubio nihil ē i tpalib⁹: qn pl⁹ hēat amaritudis q̄ dulcoris: q2 sic dī Jo. 15. I mūdo p̄ssurā hēbitis. Ūex tñ odor ⁊ dlectatio ei⁹ ita sapit: dlectat: ⁊ attrahit pctōres mūdanos: q̧ p tpalib⁹ acgrēdis: qcqd mali sustinuerit: lihēti aīo patiūt̃: ita q̧ penas sentit̃ aliq̄lr̄ nō vidēt̃. Ꝫ q̄s logt̃ Gre. i hom. Ecce mūd⁹ i se crescēs: i vris cōdib⁹ reuirescit: vbiq; luct⁹

Apls Daniel. (margin)

Luc. Math. (margin)

Ply. (margin)

Ioan. (margin)

Grego. (margin)

vbiq3 mors: vbiq3 desolatio: vbiq3 periculū: vbiq3 amaritudine replemur:
ꝛ tñ ceca mēte i ei⁹ amaritudinē erramus: fugiētē sequimur: labenti inhere
mus: ꝛ q2 labentē retinere nō possumus: necesse est ꝙ cū labēte labamur.
5 Cōtēnamus ḡ mundū tanq̄ turbidū ꝛ laboriosū3. ¶ Quinto dico ꝙ ip-
sum debemus ꝯtēnere tanq̄ fallentē ꝛ deceptuosū3. Iste.n. vr̄ multa pro
mittere: s3 finaliter nihil reddit. nā mūdus fallax ē: ꝛ finis eius ē dubius:
6 exitus horribilis: iudex terribilis. ¶ Sexto dico ꝙ ipm debemus ꝯtēne-
re: tanq̄ labentē ꝛ defectuosū3. ipse.n. nihil h3 firmitatis. q2.s. ꝯtinue va-
riat in suis ꝯditionibus ꝛ mutat: similis mari: qd̄ ꝯtinue fluctuat ꝛ moue
tur: similis ēt firmamēto: qd̄ mouet ꝯtinue: ita ꝙ q̄tū ab vna pte eleua-
Paul. mur tātū ab alia pte dep̄mimur. vn̄. 1. Jo. 2. Mūdus trāsit ꝛ ꝯcupia ei⁹.
Sic igit̄ p3 charissimi q̄ño mundus est fugiēdus ꝛ ꝯtēnēdus: ꝛ summope
deuitandus. q2 sicut dr̄. 1. Jo. 2. Si qs diligit mūdum: nō ē charitas pa
tris in illo. Sicut.n. in scriptura colligit̄: Mordacē sapiam mūdus h3:
Joan. fallacē amicitiā: mendacē inimicitiā. Dico sapia3 mordacē: q2 sicut dr̄. 1.
Cor. 3. Sapia huius mundi: stultitia ē apud deū. Itē amicitiā fallacē. q2
Jo. 15. dr̄. Si de mundo essetis: mundus vtiq3 quod suum est diligeret.
Item inimicitiam mendacem. ibidem. Quia de mundo non estis: ideo
odit vos mundus ꝛ cetera.

¶ De numero Celorum: ꝛ distinctione eorum: secundum va
rias opiniones. Cap. 4.

Celorum distinctio siue numerus a diuersis varie ponit̄. primo.
c nāq3 aliq imaginati sunt celū esse vnā massa3 totaliter ꝯtinuā: l3
vna eius ps moueat̄ ad vnā partē: ꝛ alia ad aliā partē: tñ ex tali
bus diuersis motib⁹ nō seq̄t̄ discōtinuitas: q2 ponebāt celū esse tale3 mas-
sam fluxibilē ad modū aque: sed fluxibilium bene p̄nt esse diuersi motus:
Arist. q̄uis ꝯtinuoꝝ: vt p3 in aqua. Sed breuiter illa imaginatio ē ꝯtra Aristo.
ꝛ oēs phos: ꝛ Astrologos. nā sic haberēt ponere vnicā sphera celestem: ꝛ
stellas moueri sicut pisces in aquis: ꝛ volucres in aere: qd̄ est falsum. Alij
vero phi posuerunt tantū octo celos. videbant nāq3 plures stellas semp in
eadē ꝓpinquitate ꝛ figura ꝛ distantia ab inuicē se h̄ntes: cōtinue moueri
ab oriente in occidentē. Et iō primo moti fuerunt ponere vnā spherā pro
oibus illis: q̄ vocatur firmamentū: vel celu3 stellatu3: ꝛ illa ponit̄ eē octa
ua sphera a phis ꝛ ab astrologis. Deinde ipsi videbāt alias septem stellas
aliq̄n plus appropinquare ad inuicē: aliq̄n plus recedere: aliq̄n ꝯiungi in-
ter se: aliq̄n opponi. Cū nāq3 astra nequeant p̱ se ꝛ ꝓprijs motib⁹ locum
mutare. vt ꝓbat Arist. 2. de celo. imo fixe in orbe: sicut nodus in tabula: ꝛ
clauus in rota: mouent̄ motu orbis in quo infixe sunt: ꝛ mouent̄ diuersis
motib⁹: aliq̄n velociter aliq̄n tarde: aliq̄n versus oriētē: aliq̄n ad occidētē:
aliq̄n ad austrū: aliq̄n ad septētrionē: ꝛ p̱ hoc ꝯcludebant ꝙ ille septē stelle
erāt in septē orbibus diuersis (ꝛ hoc supposito ꝙ stella non moueat̄ sicut
piscis in aqua) ꝛ ille septē stelle: vocant̄ planete erratici. Et alie stelle: que
sunt in octauo celo: vocant̄ stelle fixe. Et de ordine istoꝝ orbiū septē plane
taꝝ erraticoꝝ. Orbis Saturni ponitur superior post octauā sperā: deinde
orbis

orbis veneris: deinde orbis Mercurij: ⁊ finaliter orbis Lune. Et sic vt di
cit Pe. de aliaco. ista fuit opinio antiquoꝝ phoꝝ: ꝑcise ponentiū octauam Petrus
sperā: ⁊ nō aliā superiorem. Et isti moti fuerunt: qꝛ nō perceperunt octa
uam sperā: moueri pluribus motibus: sed precise dicebant ipsam moue
ri vno motu firmamenti. s. diurno. Et iō non ꝑceperunt necessitatē cogen
tem ponere nonā sperā. Sed breuiter ista opinio est cōtra Astrologos ⁊
fundaꝫ in vno: qđ est cōtra rei veritatem. s. ꝙ octaua sphera nō moueatur
nisi vno motu simplici. Et hec opinio fuit Arist. 2. celi. Alia est opinio po 3ª opio.
sterioꝝ omnium Astrologoꝝ: qui propter dicendas rōes apparentias fortifi
cantes: nō sunt ꝯtenti octo spheris: imo nonā seu ēt decimam dari volūt.
Perceperūt nāqꝫ qđ a prioribus ꝯprehendi nō potuit. s. octauū celū du
plici motu moueri: quoꝝ primus est ab oriente in occidētē: in. 24. horis
reuolutionē cōplēdo: q motus diurnus dr: eo ꝙ dici nālis spacio termi
naꝫ: quem demonstrāt stelle fixe in oriente existētes in principio noctis: q̄
continue eleuanꝫ donec mediant celū: ⁊ deinde occidunt. In noctis vero
sequentis initio: iteꝝ videnꝫ in loco eodē orientis: ⁊ sic ab eodē puncto ad
eundē punctū: in die nāli sunt reuerse. Scđs motus huius sphere est cō
trarius ꝑdicto: vꝫ ab occidente in orientē: supra polos zodiaci: qui tāte ē
tarditatis ꝙ ab vno: tm̄ cōsiderante (etiam si centū annis ꝯsideraret eun
dem motū) vix sensu posset percipi. Et isto scđo motu: in centū annis mo
ueꝫ vno gradu: ⁊ sic in. 36. millibus annis: ꝯplet reuolutionē vnaꝫ. Et ꝙ
tali motu moueaꝫ declarat Ptole. 7. Alma. fortissimis rōnibus. Inuenit Ptbol.
nāqꝫ suo tpe: stellas fixas ī alijs locis zodiaci: q̄ꝫ fuissent ab Astrologis ꝓ
ribus inuente. ⁊ a principio Arietis magis elōgatas: sīr repit stellas que
fuerāt in austro: factas in septētrione: ⁊ q̄ fuerāt in septētrione: trāsisse in
austrū: qđ qbus ingenijs vel instrūtis inuenerint: nō est ꝑsentis speculatio
nis. Stātibus igitur istis duobus motibꝰ in sphera octaua: negauerunt
eā. s. octauā esse primā ⁊ supremā spheraꝝ. Primū nāqꝫ mobile dꝫ moueri 1
motu vnico ac simplici. Nā qꝛ est ꝓpinquissimum primo enti. s. deo oīno
immobili: q̄tū pōt: debet ei assimilari: in habēdo minorē variationē q̄ꝫ pos
sit. ⁊ hāc ꝓpositionē cōcedunt tam phi q̄ꝫ astrologi. Sed celū octauū mo
ueꝫ duplici motu (vt dcm̄ est) igiꝫ nō erit primum mobile: sed aliud da
bitur eo prius ⁊ supius. Scđo: vnū corpus simplex dꝫ habere tm̄ vnicuꝫ
motū simplicem (ex pᵒ de celo ⁊ mūdo.) qui sit ei proprius ⁊ naturalis. 2 Phs
Omisqꝫ motus ab eo alius: est ei nō nālis: sed octaua sphera est corpus sim
plex: vt ꝯcediꝫ ꝑmo de celo ⁊ mūdo. ꝗ hoꝝ motuū vnus erit nālis: ⁊ alter Phs
nō nālis: sed oīs motus alicui nō nālis: est alteri nālis. vt hꝫ in eodē ꝑmo
de celo ⁊ mūdo. Et sicut oē corpus simplex hꝫ ꝓpriū motū: ita qlibet mo
tus dꝫ esse ꝓprius ⁊ nālis alicui corpori: ⁊ iō motus qui octaue sphere nō
est nālis: erit nālis alicui alteri distincte ab ea: nō alicui spheraꝝ inferioꝝ:
qꝛ ille habēt motū ꝓpriū: ⁊ qꝛ octaua sphera: que est supior: nō mouetur a
spheris inferioribus. igiꝫ supra sperā octauā erit alius orbis vel sphera:
cui sit nālis alter illoꝝ duoꝝ motuū: ⁊ q moueat octauam. Tertio: vnico
orbi cōtinuo tm̄ applicaꝫ vnica intelligentia mouens. 12. Metaphy. vbi Phs

phs vult tot esse intelligentias quot orbes. Quod non esset, nisi singule intelligentie applicarentur singulis orbibus: orbis autem octauus est vnicus: non diuersus sed continuus (vt volunt astrologi) igitur ab vna intelligentia recipiet motum: vna autem intelligentia mouet tantum vna mutatione: quare sequitur q accipiet reliquum motum ab intelligentia mouente orbem superiorem. Cum (vt dictū est) non sit ille motus ab inferiori orbe: igitur supra octauam spheram ad minus dabitur nonus orbis: et sic non sunt tantum octo sphere. Posteriores autem astrologi. vt Alfonsus: et Joannes de Mōte regio: et alij: inuenerunt ex suis considerationibus: stellas fixas quandoque ad orientem et quandoque ad occidentem: ad septentrionem et austrum moueri: quam apparentiam non valentes saluare vnico motu: imaginati sunt duos motus in celo octauo. quorum primus tardissimus in longitudine zodiaci: ordine signorum fit: singulis ducentis annis: gradu vno et minutis vigintiocto. Secundus vero fit in duobus circulis paruis: in capitibus Arietis et Libre: quo motu stelle aliquando mouentur ad orientē: aliquando ad occidentem: aliquando ad austrum: aliquando ad septentrionem: aliquando velocius aliquādo tardius: vide in Theoricis planetarū. Et hanc opinionem omnes astrologi cōmuniter nunc sequuntur. Que quia fatetur octauam spherā moueri duobus motibus vltra motum diurnum: non tantum nonam: sed et decimam spheram ponere coguntur: vocantes decimam primum mobile: quo octaua motu diurno mouet: et nonam secundum mobile: quo eadē octaua recipit motum in lōgitudine. Et octauā ēt ponunt q̄ proprio motu mouet in circulis paruis: quē motum trepidationis dixerunt: siue accessus et recessus. vt ponit Thebith. et allegat a Sco. l. 4. di. 43. Et ita habemus q vltra octauā sphera: ponenda est nona: et decima: et rō iā dicta est. Ulterius est aduertēdum q probabile est ponere vltra spheras mobiles: spherā quiescentē et imobilē. hoc psuadet aliqb⁹ rōnib⁹ a Petro de aliaco sic. Prima est. Supposito primo q quicquid mouet localiter: mutat locū sm se: vel suas ptes. suppositio nota est ex terminis: ex quo sequit q quicquid mouetur localiter: est in loco: pz: qr aliter nō mutaret locū. Quib⁹ suppositis arguit sic. Quelibet sphera mobilis: mouet localiter (vt suppont) ergo mutat locum: sm se vel secundum suas partes: p primā suppositionē. ergo est in loco: p secundā: et vltra. Quelibet sphera mobilis ē in loco: sz non in sphera inferiori. qr locus dz circundare locatum: ergo ē in sphera supiori: et per ōns opz esse aliā quiescentē. Scda rō est: qr in celo reperiunt dfie positionum. s. ante: retro: dextrum et sinistrum. nō solum per respectū quo ad nos sed et nā rei. vt dicit phs. 2. celi. modo hoc nō pōt saluari p spheras mobiles. et cā est: qr in spheris mobilib⁹ pars q̄ est nunc dextra: iā erit sinistra: et pars que mō est sursum erit iā deorsum (vt docet experientia) ḡ sequit q opz ponere spherā quiescentē: in qua ex parte rei reperiantur hmōi dfie positionum. ¶ Tertia rō est. qr diuersitas in fructib⁹: et moribus hoium: et in pluribus alijs: reperit in partibus terre inter orientem et occidentē: que partes terre equaliter distant a polis: modo ista diuersitas non potest

Margin notes: Alfon. — Joā. de mōte regio. — Thebit. — Sco. — Petrus de aliaco — 2 — Phs. — 3

non potest saluari ex parte spherarum mobilium: cum omnes habitantes in illis partibus equales aspectus habeant: quantum est ex parte corporum celestium. Ergo ad hoc saluandum: oportet ponere quiescentem spheram. posset confirmari: quia omnes stelle maiorem virtutem habent in oriente: quam in alia parte celi: et sic ponendum est esse spheram quiescentem: et sic patet quomodo probabile est ponere vndecim orbes celestes: vel spheras. s. decem mobiles: et vndecimam quiescentem. Et hec dicitur a fidelibus celum empireum: et est locus beatorum et saluandorum. vt dicit Beda. Celum autem: secundum sanctorum traditiones: aliter diuiditur. Nam aliud est visibile: aliud inuisibile. Celum visibile est multiplex. sicut dicit Glosa super Deuter. x. ibi. Celum domini dei tui est et celum celi. Septem sunt celi. s. aereum: ethereum: olympum: igneum: firmamentum: aqueum: empireum celum. s. angelorum. Celum itaque aereum vocatur medium aeris interstitium: quod a grossis vaporibus aque et terre: non per omnia est infectum. Unde illa pars aeris purior et ab inferioribus qualitatibus impermixtior propter sui puritatem et dyaphaneitatem siue naturam transparentem. celi nomine nuncupatur: vt Math. 14. volucres celi comederunt illud. Celum ethereum (secundum quosdam) vocatur supremum aeris interstitium: quod immediate sphere ignis est coniunctum: et dicitur ethereum quia illud medium: inter ignem et aerem: est splendoris et illuminationis receptiuum. Etheros enim grece: splendor dicitur latine: vt dicit Isido. Celum vero igneum (secundum quosdam) vt habetur in libro de proprietatibus rerum: vocatur centrum sphere ignis: propter ipsius ignis puritatem: subtilitatem: et summam quam habet pre ceteris elementis: actualitatem. et propter alias quasdam nobiles proprietates: quas consequitur ex vicinitate orbis planetarum. Secundum Grego. autem super dictum illud Job. Intuere celum: et contemplare ethera. et cetera. Nomine etheris intelligitur tota regio: a luna vsque ad stellas fixas: in qua sunt orbes et circuli septem planetarum. Celum olympum secundum Alexandrum. dicitur esse regio orbium planetarum: quia illud spacium est continue luminosum. Firmamentum est celum stellatum. Celum aqueum est christallinum. Celum empireum est locus beatorum ac saluandorum. Et istud celum empireum: est illud tertium celum ad quod raptus fuit Paulus (secundum opinionem aliquorum). Primum nanque est firmamentum: in quo sunt stelle fixe. De quo dicitur Genesi. primo. Fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. idest celum christallinum ab elementis. Sub firmamento autem intelliguntur septem planete: nomine firmamenti propter sensus apparentiam. Loquebatur enim Moses rudi populo: qui sola sensibilia capiebat. Secundum celum est christallinum: quod scriptura nomine aque appellat. quedam enim species christalli fit: ex aqua congelata. Tertium celum est empireum: infra cuius ambitum: omnia corpora spherice continentur: quod est immobile: cum sit locus quietis perpetue beatorum. Et hoc est illud: ad quod raptus est Paulus. licet alij aliter exponant: vt in sequentibus dicemus.

Beda. Math. Isido. Greg. Alex. Gen.

¶ De Celo tertio: ad qd raptus est Paulus. Cap. 5.

X sacra scriptura habet: q celū aliqñ sumit p celo mali. vt Gene. 1. In principio creauit deus celū et terrā. Aliqñ sumit p celo spūali: et vtrūq triplicat. vt patebit. Celū mãle distinguit in tres celos principales. Primū est firmamentū: in quo viget nã pfecte pspicuitatis: simul et luminositatis. hoc celum cōtinet celū sydereū (qd ē effectiue caliditatis: et facit ad trāsmutationē inferiorū. Id est multifarie cōtinens multitudinē stellarū: habile ad motū.) qd ēt cōtinet septē orbes planetarū qbus regit vniuersitas tporū dierū septēnario disposita. Scdm celū

2 est christallinum siue aqueū: in quo viget nã perfecte pspicuitatis et effectiue frigiditatis: qd facit ad cōseruationē rerū corruptibilium. Id est habile

3 ad motū. Tertiū celum dr empireū: in quo viget nã pfecte luminositatis: et est habile ad statū glorie et est quietū: et ē angelorū habitaculū (in quo ipi fuerunt creati) et alarū beatarū illic trāslatarū. Ad illud fuit Paulus raptus: vbi aie scē et angeli fruunt dei ɔtemplatione. Et dr celum tertiū respectu firmamenti et celi christallini. Et dr empireū: a pir qd est ignis: et pp similitudinē claritatis. Dr ēt Paulus raptus in paradisum. nã paradisus dicit a suauitate dulcedinis: q ibi hr: et vtrūq expertus est Paulus: pp qd nominauit ipm primo celū tertiū: et postea paradisum. Nã fm Bona. in. 2. di. 17

Bona. paradisus est duplex: corporalis: et spūalis. Corporalis est locus delitiarū et amenitatis: et hic paradisus est duplex fm duplicē statū: perfectū et imperfectū: fm statū pfectū: paradisus est celū empireū: ad qd Paulus fuit raptus. Scdm statū impfectū: paradisus est locus quidā amenus in ptibus orientis. Paradisus aūt spūalis: est btitudo hois essentialis: q consistit in spūalibus delitijs: ex dei clara visione et pfecta fruitiōe ɔueniēs. Propter primū: dicit se Paulus raptū ad tertiū celum: qd est empireū: dictū a claritate. Propter fm dicit se raptū in paradisū: dictū ab amenitate. De hoc paradiso spūali: dictū est latrōi. Luc. 23. Hodie mecū eris i paradiso: et lu

Luc. cifero. Ezech. 27. In delitijs paradisi fuisti. Et ēt btitudo accidētalis: q

Ezech. consistit in aspectu hūanitatis xpi: et delectatione ɔsiti: per quã sicut per instrm ɔiunctū diuinitati: sunt sancti ad gloriam: et illã viderunt Apli admissi ad videndū trāsfigurationē xpi: qr nō viderūt xpi diuinitatem: sicut Paulus: sed tm eius humanitatem in forma gloriosa: et tn in eius aspectu fuerūt sic delectati q voluissent ibi ppetuo manere: iō Petrus dixit. Dñe

2 bonū est nos hic esse rc. Celū aūt spūale: est triplex. Rōnale: Intellectua

1 le: et Supsubstãtiale: et vnūquodq suā hz triplicitatē. ¶ Rōnale celum est hō: et dr rōnale a rōne: qr hō apprehendit ingrendo: ɔponēdo: rōcinādo. Angelus dr intellectualis: ex eo q intelligit intuitiue sine rōcinatiōe. Qd aūt hō celū dicat: pz qr dicit Salomon. Aia iusti sedes est sapie: et ɔsi

Bona. ter dei. Vñ dicit. s. Bona. Sci dicunt celi pp vite sublimitatē. Phili. 3.

Psal. Nostra ɔuersatio in celis est: pp bonorū operū claritatem. Phili. 5. Inter

Esa. quos lucēt: sicut luminaria in mundo verbū vite ɔtinentes: pp propositi firmitatē. ps. 23. verbo dñi celi firmati sunt: pp deū in eis quiescentē per grām. Esa. 66. Celū sedes mea. In hoc celo rōnali. s. in hoie sunt tres celi. primum

li. Primũ dr̃ imaginatio primo raptui deſeruiens: q fit ſuper ſenſus exte-
riores. Scđm celũ ⁊ medium dr̃ rõ. In illud celũ fit raptus ſecũdus: ſup
potentias inferiores ſenſuũ exteriorꝝ ⁊ interiorꝝ. Celũ ſupremũ ſiue tertiũ
in celo rõnali: ad qđ raptus fuit Paulus ⁊ dr̃ mens. Capiendo mẽtez ꝓ
eminentibus viribus in celo rõnali: vz ꝓ tota imagine ad quã factus dici
tur hõ: ꝓ memoria. ſ. intellectuali. rõne ſiue intelligentia: ⁊ volũtate nãli.
que eſt ſynderesis. Nã raptus Pauli (vt dicit Cancella. Pariſien.) fuit
in ſupremã partẽ aĩe rõnalis: dũ mens Pauli: ita fuit ſuſpenſa in ſuis acti
bus: vt nil meminerit: nil intellexerit: nil dilexerit: niſi ſolũ deuz: potentie
inferiores: ſenſus. ſ. exteriores ⁊ interiores. ſilr rõ ⁊ appetitus rõalis eidẽ
correſpõdens nõ potuerunt exire in ſuas opationes: ſed ceſſauerũt ab acti
bus ſuis: (debilitatis actibus ⁊ funditus ablatis) q̃diu durauit raptus
⁊ extaſis Pauli. qui in tali exceſſu mentis: cognouit deũ per eſſentiã im-
mediate: ſine medio. i. nõ per mediũ creaturaꝝ: qđ eſt medium pbꝛoꝝ. vñ
Apl's ad Ro. i. Inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta ꝯſpiciuntur. Paul.
hoc mediũ: eſt ſpeculũ creaturaꝝ: ꝑ quas (veluti cã in effectu) deus inueſti- Paul.
gat. Vñ Apl's. 1. Cor. 2. Videmus nunc ꝑ ſpeculũ. i. creaturaꝝ: inquan
tum ꝑ creaturas a nobis cognitas ſicut ꝑ ſpeculũ: ducimur in dei cognitio
nẽ. Ex creatione. n. creaturaꝝ: ordine: ⁊ bonitate: venimus in cognitionẽ
potẽtie: ſapientie: ⁊ bonitatis diuine. hec tria appropriata: ſunt inuiſibilia
dei: que ꝑ ea q̃ facta ſunt: cõſpiciunt̃. Quia vero infinita eſt diſtãtia: inter
ſpeculũ creature ⁊ rẽ viſam. ſ. creatorẽ (qꝛ effectus nõ põt coequari ꝟtuti Aug.
ipſius prime cãe: eo qđ obſcure relucet ibi ſimilitudo) iõ dicit Apoſt. Vi
demus nũc in enigmate. i. obſcure. Enigma. n. (vt dicit Aug. 14. de tri.) ẽ Aug.
ſimilitudo obſcura. nec ẽt Paulus vidit in raptu deũ: ꝑ mediũ fidei: qđ ẽ
mediũ fideliũ: quo tanq̃ in enigmate vident deũ per auditũ. Nã fides ex
auditu eſt. Vñ dicit Aug. de vtilitate credẽdi. Qđ. n. credimus: debem⁹
auctoritati. qꝛ. n. deus eſt trinus ⁊ vnus hoc ego credo dei filio: q hoc enar
rauit ⁊ p̃dicauit: ⁊ ſpũi ſctõ: qui hoc inſpirauit: ſed Paulus deũ vidit ĩ ra
ptu ꝑ ſpeciẽ: hoc ẽ per apertã viſionẽ: qua btĩ deũ vident facie ad faciem.
hoc eſt nude: ſine velamine. hec vero ſpẽs ⁊ clara viſio in patria velut pre-
miũ ſpũale: ſuccedit fidei viatoꝝ. Celũ aũt intellectuale eſt angelus q celuz 2
dr̃: iuxta illud Job. 37. Tu forſitan cũ illo fabricatus es celos: qui ſolidi Job
ſunt quaſi ere fuſi: vbi glo. Poſſunt ꝑ celos: hi qui in celeſtib⁹ ſunt cõditi
angelici ſpũs deſignari: electoꝝ mẽtes celeſtibus inherẽtes: qui ſolidiſſi-
mi vt ere fuſi: ſunt. qꝛ ab integritate cepte fortitudinis nulla mutabilitatis
rubigine ꝯſumunt̃. Hoc celum ſimiliter tres hʒ triplicitates. Nã ſm glo.
Auguſtini. 2. Cor. 12. Dionyſius tres ordines angeloꝝ: ternos in ſingu Diony.
lis ponẽs conſtituit. In primo: angelos: archangelos: virtutes. In ſecun
do: principatus: poteſtates: dominationes. In tertio: thronos: cherubin:
⁊ Seraphin: quoꝝ tertius: vicinius deum cõtemplatur. ad quoꝝ ſimilitu
dinem: vidiſſe deum Paulus dicitur. nõ per corpus: ſiue corporali viſio-
ne. vt Moſes in Syna. nõ imaginabiliter: vt quando quis videt nõ corpo
ra: ſed imagines reꝝ: dei reuelatione. vt Eſa. ⁊ Joã. in Apoca. ſed ꝑ ſpẽm

(nõ in enigmate) facie ad faciem: vidit Paulus ipsum deū. vna. n. est ibi tota virtus: amare qd̃ videas: ⁊ sũma felicitas: videre ⁊ habere qd̃ amas. Dicit ẽt ibi glo. Ul el primũ celũ: dici p̃t cognitio celestiũ corpoꝝ. Secũdũ
5 spirituũ. Tertiũ: deitatis: de quo nunc dẽm est. Celũ vero supsubstantiale: est diuina essentia: oium sbaꝝ superexcellentissima: vniuersalissima: ⁊ sufficiẽtissima cã: sub triplici genere causalitatis: quas in deo semp coincidere necesse est: que sunt: efficiens: formalis: nõ intrinseca rei constitutiua: sed exemplaris: ⁊ finalis causa. De hoc celo: dr̃ ps. 18. A summo celo (.i. ab equalitate dei patris) egressio eius. vbi (sm glo.) trinitas ostendit: a summo celo: patre egressio: eterna generatio filij: a calore: spirit⁹ sanctus quẽ post Ascensionẽ: misit aplis: a quo nemo abscondit: qui vt deus cũ da bonum nouit: dicẽdo aũt eius: notat vnitatem trinitatis. Et ipsa supbenedicta diuinitas: recte celuȝ dr̃. Nam vt dicit. s. Bona. in. 2. di. 2. Celum est nomẽ corpori impositũ: qd̃ sursuȝ est: qꝫ cõtentiuũ: secretũ: ⁊ quietum. Et hec triplex ꝓprietas repit in celsitudine diuinitatis: id̃ dr̃ celuȝ. Est. n. ampla imensitate virtutis: secreta ꝓfunditate cognitionis: quieta trãquilitate delectationis. hoc. n. est celuȝ ad qd̃ Lucifer ascendere voluit (qꝫ ad hanc celsitudinẽ) hoc est superius omni celo: nõ situ: sed dignitate: ⁊ maius est omni celo: nõ extensione: sed ex sua imensitate. qꝫ sm Aug. In his que non mole magna sunt: hoc est maius: qd̃ est melius. In hoc aũt celo sunt solum tres psone. s. pater: ⁊ filius: ⁊ spũs sctũs: qui soli sunt omnino ⁊ pfecte equales. Omnia aũt creata siue corporalia siue spũalia intra empireum sunt: de quo dicit Damas. ꝙ est continentia oium corporalium ⁊ spũaliũ creaturaꝝ. ¶ Sed hic mouet qd̃. Utrũ Paulus in isto raptu fuerit btũs. Rñ. ꝙ non. qꝫ licet fuerit raptus ad tertiũ celũ celi mãlis: scilicet empireũ: ⁊ in tertiũ celum celi rõnalis: vȝ apicẽ mentalem: ⁊ in tertium celum celi intellectualis: in tres. s. supiores ordines angeloꝝ celestis hyerarchie: ⁊ per apertã visionẽ ⁊ perfectã fruitionẽ clare cognouerit ⁊ pfecte dilexerit supersubstantiale celũ. s. diuinitatẽ in vnitate essentie ⁊ trinitate personaꝝ: nõ tñ ex hoc fuit beatus. Quãuis. n. lumen eleuans animã Pauli ad vidẽdã in raptu diuinã essentiam: fuerit eiusdem rõnis cuȝ lumine eleuante animas beatoꝝ: nõ fuit tñ in Paulo per modum passibilis qualitatis permanentis: sed per modum passionis trãseuntis. ideo ex tali eleuatione siue visione nõ fuit Paulus beatus: qꝫ beatitudo (propter dotem: certe ⁊ secure tentionis) importat permanentiã. vt sic verificet illud Bernardi: ꝙ deus futurus est rationi plenitudo lucis: voluntati multitudo pacis: memorie cõtinuatio eternitatis. vt. s. retineat deum in eternũ: ⁊ sic tota anima tota dotetur in tribus suis viribus: similiter fuit in transfiguratione Christi: dum ex diuina ordinatione gloria anime redundaret ad corpus: claritas transfigurationis fuit claritas glorie quantuȝ ad essentiam: sed non quantum ad modum: quia fuit eiusdem rationis cum illa claritate que est in corporibus gloriosis: sed non fuit ibi per modum qualitatis permanentis: sed per modum passionis transeuntis.

¶ De celo

¶De celo empireo realis declaratio. Cap.6.

Elum empireum est vndecimum: et primū: et summū celum: lo
c us angelorū: regio et habitaculū beatorū. Et dicitur a pyr. qđ est
ignis: quasi totū igneum: sic dictum nō ab ardore: sed potius a
lumine et splendore. vt dicit Isido. Illud enim celum summe est lucidum Isido.
influens lucē et splendorē: super celum decimū: et super celum christallinū
sibi propinquum et proximū. Est autē de natura sua vniforme sine stellis:
et sperisorme. vt dicit Damas. Ideo est spericum: vt rerū spiritualiū et cor= Damas.
poralium sit cōtentiuum. Vñ illud celum nō est necessarium propter con
tinuationem generationis inferiorū: sed potius vt dicit Alex. in. 2. par. su. Alex.
Ad cōpletionē vniuersi in genere corporū sm determinata extrema: ad
mediū opacum in summo. s. terrā: et luminosum in summo. s. celum empi
reum: et vtrūqʒ corpus. s. extremum: supremū: et infimum: est de se immobi=
le et quietū: et sic inter ista duo imobilia tota nā cōprehēdit vniuersi. San
ctus autē Bona. in. 2. di. 2. dicit qꝫ quāuis sancti parum loquant de hoc Bona.
celo: qr latet nostros sensus: et philosophi adhuc minus: est tamen ponen
dum sicut dicit sacra scriptura. In principio creauit deus celum. Stra=
bus exponit de celo empireo. Et hoc psuadet ratio finis triplex. Vna est Strab.
perfectio vniuersi. Alia est ꝓpter motum firmamēti. Tertia principalis
ꝓpter habitationē hominis beati. Et qrm finis imponit necessitatem his
que ad finem: ꝓpter perfectionem vniuersi: necesse est ipsum esse vnifor=
me: qr cum sit celū luminosum difforme. s. stellatum: si non esset vnifor=
me: vt est empireū: nō esset vniuersum cōpletū. Propter etiā motū fir=
mamenti ponendum est celum empireū imobile: vt motus mobilis fiat
circa imobile. s. centrū: et intra cōtinens imobile et locans. s. empireum.
Propter ēt habitaculū hominis beati ponēdum est celū empireum lumi
nositatis perfecte: vt habitatio cōgruat suo habitatori. Istius celi proprie
tates describit Rabanus vtens verbis Basilij in Hexameron sic dicens. Raba
Celum empireum est corpus primum: natura simplicissimū: de corpulen Basi.
tia habens minimum: quia subtilissimum: primum mundi firmamētum:
quantitate maximum: qualitate lucidum: figuratione sphericum: locali si
tu supremum: quia a centro remotum: amplitudine sua spirituum et cor=
porum visibilium et inuisibilium cōtentiuum: dei summum habitaculū.
Licet enī deus sit vbiqʒ: tamē specialiter dicitur esse in celo: quia ibi relu
cet potissime sue virtutis operatio: et celum dicitur specialiter sedes dei:
quia in corpore mundi species celi pulchrior est: vt dicit Damas. In celo di
uina virtus manifestius operatur. Dama.

¶Celi empirei Moralitas. Cap.7.

Er celum empireum intelligitur deus. quoniā sicut hoc celū est
p rimum corpus: sic deus est prima substantia: prima causa: 1
primum ens simpliciter independens. sic qꝫ est primum: non
tantum duratione: quia eternus: sed etiam est primum in per=
fectione: quia est ens infinite intellectualitatis: voluntatis: et boni=
tatis: est primus spiritus: sine principio: et sine fine: sed est primum

principium ⁊ finis oīum. est imobilis. q2 Malach. 3. Ego dñs qui nō mu=
2 tor. ⁊ Núc. 23. Nō est deus vt hō et Boe. Stabilisq3 manēs dās cuncta
Malac. moueri. ⁊ Jac. apud quē nō est trāsmutatio nec vicissitudinis obumbra=
Núi. tio. maxime est quātitatis. q2 oēs creaturas cōtinet. q2 ēt h3 essētiā infi=
3 nitam. Hiere. 24. Celū ⁊ terrā ego impleo. q2 est vbiq3 presentia: poten
Boe. tia: ⁊ essentia. vt dicunt in. 1. Theologi. di. 37. hic ēt est vniformis: q Sa
Jac. pientie. 6. Equaliter est ei cura de oībus. ⁊ vt Math. ait. Solem suū ori=
4 ri facit sup bonos ⁊ malos: ⁊ diligit oīa que sunt: ⁊ nihil odit eoꝝ q̄ fecit:
Hiere. q vult oēs hoīes saluos fieri. Et iō inter ipm celum ⁊ terrā. i. inter deum
Sap. ⁊ beatā virginē: q̄ dr̄ terra: oīa continent. ⁊ diuersa variant. ista autē duo
Math. imutabilitate ppetua cōfirmant. q2 non fuit aliqs (pter xp̄m ⁊ btām vgi=
Paul. nem) qui nō fuerit in pctō: vel originali: vel actuali: ⁊ nō fuit aliqs in pas=
5 sione xp̄i: q nō vacillauerit. pter istos duos pdictos. Est ⁊ simplicissimū.
6 Sic deus est simplex in nā. Nā vt dicit Sco. in. 1. di. 8. Deus nullo mō
Sco. est cōpositus nec ex mā ⁊ forma: nec ex subiecto ⁊ accidēte: nec ex cōceptu
potētiali ⁊ actuali: sed est summe simplex ⁊ idiuisibilis. Est supremum lo=
7 calitate. Sic deus h3 supiorē eminentiā. Deus. n. eminet ⁊ supest oībus
Psal. rebus. dignitate: bonitate ⁊ potestate. ps. Qm̄ deus rex magnus dñs:
terribilis super oēm terram. Rex inqt: ecce dignitas: terribilis: ecce ptās:
super oēm terrā: ecce bonitas. Ista ergo preeminentia ē cūctis superior.
8 Est lucidū qualitate. Sic in deo est sapientia cūctis limpidior. vt. n. dicit
Eccle. Eccī. 1. Oīs sapia a dño deo est. Et Sap. 6. dr̄. ꝙ deus sapie dux est ⁊ sa=
Sap. pientiū emēdator. Et oīa nuda sunt ⁊ aperta oculis dñi: Et spirituū pōde
9 rator est dñs. Itē in deo est puidētia cunctis discretior: seu cunctis occul=
tior. Sicut. n. per occultā ⁊ inuisibilē lune influētiam mare visibiliter re=
git ⁊ mouet: sic p dei puidentiā mūdus iste disponit ⁊ sensibiliter guber
nat. Ideo dr̄ in ps. Qm̄ rex oīs terre deus: psallite sapienter. Dr̄ spheri=
Psal. cū. Sic deus (fm Hermetē trimegistū) dr̄ sphera intellectualis: cuius cē
Her.x. trum vbiq3: circūferentia nusq3: q2 sicut in sphera nō est reperire principiū
nec finē: sic in deo nō est pn̄m nec finē assignare. Dr̄ habitaculū deī ⁊ bea
xi. toꝝ. Sic deus deī ē locus ⁊ btōꝝ. q2 deus in seipso ⁊ nō in creaturis quie
scit: q2 creaturis non indiget: sed ⁊ creature maxime spūales ⁊ bti in ipso
reqescūt sic in habitaculo: s3 diuersimode. nā dicit Sco. in. 1. di. 1. ꝙ res
Sco. diuersimode dñr quiescere in deo. Nā aliqua res qescit per se primo: vt
deus qui est p se primo btūs. s. p essentiam. Angeli aūt ⁊ beati quiescunt p
se sed nō primo: q2 ⁊ si sint beati: nō tn̄ primo sed p participationē a deo.
Et sic deus tm̄ in seipso qescit: ⁊ nō aliqua creatura. Deus itaq3 altissim⁹
dr̄ esse ⁊ habitare in se ipso: q2 ab eterno incōmutabiliter sp in se existit.
Dama. Unde Damas. lib. 1. c. 13. dicit. Deus imaterialis existens ⁊ incircūscri=
ptibiles in loco nō est. Ipse. n. sui ipsi⁹ locus est: hoc est dicere: pater in fi
lio: ⁊ filius in patre: ⁊ spūs sanctus in vtroq3 ē. Hinc etiā Magister in. 1.
di. 37. Aug. li. cōtra Maximinū allegando dicit. Sed dicet aliqs. Anteq̄
deus faceret celum ⁊ terrā: anteq̄ faceret sanctos: vbi habitabat? In se ha
bitabat deus: apud se habitat ⁊ apud se est. Hec ille. Est etiā deus locus
beatoꝝ

beatoꝝ angeloꝝ. Et hominum. q2 sicut grauia nāliter tendunt ad centrū ꝛ nunꝙ quiescunt donec perueniant ad illud: sic oēs tam angeli ꝙ homines nāliter appetunt btitudinem: que in solo deo reperiri pōt: ꝛ sic nūꝙ quiescantur donec deum videāt ꝛ possideant: vt in ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ex supradictis cōtemplandū est: quātis ꝛ qualib⁹ amenitatibus sit felicitatus locus Celi empirei: vbi post resurrectionē in corpore ꝛ aīa: beati habitabūt ppetuo: laudantes deū: iuxta illud ps. Beati qui habitant in domo tua dñe in secula seculoꝝ laudabunt te. Aduertendū ē: ꝙ locus btōꝝ in Celo empireo felicitatus est, p gloria beatoꝝ: plurib⁹ cōditionibus: pp quas valde debemus illā mansionē ꝯcupiscere toto conatu. ps. ps.

Primo vt dixi: est locus altissimus: vbi xp̄s est i dextera dei pr̄is sedēs i excelsis: sup oēs celos. Ephe. 4. ꝛ Hebre. 1. ¶ Sed q̄re voluit deus mansionem beatoꝝ cōstituere in altissimo celo vel loco. Rn̄. recolligendo fm Bō. Ricar. in. 3. di. 22. ꝙ rō precipue daf triplex. Una vt nobilissimi ipsi beati: i nobilissimo celo altissimo manere habeant: eo ꝙ deū altissimum ꝛ celestia dilexerunt. Nā vt dicit Phs. 4. phy. locus dz esse, pportionatus locato: sicut natatilib⁹ cōuenit aqua: volatilib⁹ aer: supiorib⁹: locus nobilissimus in altiorib⁹ debet. Nam lux: que creaturaꝝ corporalium est nobilissima: in altiorib⁹ residet. Et idem phs dicit: ꝙ vna de bonitate loci cōditio: est ꝙ sit altus: eo ꝙ iuxta terram sunt multe corruptiones ꝛ infectiones: ꝛ plus adhuc in vallibus ꝙ in montibus. Nam ꝛ paradisus terrestris dicit esse in altissimis montib⁹: a quo pp pcm̄ eiecti sumus. Nobilissimis ergo btis debetur altissimus locus. Alia rō: vt deus ondat per altitudinē imensam celi a terra eleuatam: imensa bona in celo beatis preparata: que improportionabiliter excedunt oia bona huius mundi. Unde Bernar. Sicut terra que nobis videt latissima: tn̄ est quasi pūctus respectu celi. ita omnia bona terrena ꝗuis a mundanis reputent magna: tn̄ sunt quasi pūctus: imo nihil respectu bonoꝝ celestiū. Que tāta ꝛ talia sunt: ꝙ teste Apostolo. 1. Cor. 2. nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit: q̄ pparauit deus diligētib⁹ se. Tertia rō additur: q2 condecens est: vt leuia ferantur sursum: ꝛ grauia deorsum: vt docet experientia. Cum ergo beati sint alleuiati a grauedine tēporalium: ꝛ a petōꝝ pondere: eo ꝙ penituerunt ꝛ purgati sunt plenissime: decet vt habeāt locū in superioribus. Sed p cōtrariū: reprobi cum sint grauati petis incōuenit: vt descendāt in profundum inferni: vt ibi tanꝙ in carcere captiui perpetuo defleant qui hic flere in penitentia noluerunt. 1 Paul. Bō. Ricar. Phs Phs 2 Ber. Paul. 3

¶ Secundo locus celestis est splēdidissimus. Nam (vt prius dixi) celum empireum secundum Lyram. dr a pyr. qd̄ est ignis: nō qdē ab igneitate illius celi vel ardore: sed a splendore ꝛ luciditate. vt pz in. 2. sniaꝝ distin. 2. quia iuxta Sco. ꝛ docto. alios: secundum omnes suas partes hz lucem. verū tn̄ non subiacet visui mortalium: nec motui. Unde nō hoc modo dr lucidum: vt radios emittat visibiles: sed in natura sua habet lucē ꝛ splēdorem ꝛ pulchritudinē: ac ꝯditiones quasi corporis gloriosi: ꝛ sic phi illud inuestigare non potuerunt. Unde talis ꝛ tanti splendoris est per totum: ꝙ si ēt omnes stelle haberēt splēdo- 2 Lyra. Sco.

ris est per totum: q̄ si etiā oēs stelle haberent splendorē solis: nil essent in comparatione illius splēdoris celi empirei. Et idō o anima deuota cogita si potes eleuādo mētem tuam: q̄ splendida erit illa beata patria: vbi innumerabilia sctōꝝ corpora post resurrectionem fulgebunt sicut sol ꝑpetuo: vt
Math. Math. 13. Sed per ꝯtrarium de reprobis in inferno: q: ꝓijcient in tene=
3 bras exteriores: vbi erit fletus ꝛ stridor dentium. ¶ Tertio est locus pulcherrimus. Si. n. magni Reges pro se ꝛ suis filijs: habēt pulcherrima palatia ꝛ tentoria: quātum putas super oia pulchrū esse habitaculū illud dei infinite maiestatis: ꝛ oium filioꝝ eius btōꝝ? Itē intuere terrā quaꝫ deus cōstituit oibus iferiorē: tanq̄ stabulū aīalium ꝛ mortaliū hoiū. Si terrā fecit tam pulchrā: in pratis: floribus: spēb⁹: gēmis: auro: ꝛ sic de alijs: quid potes cogitare de Celo empireo? Nā tanta est pulchritudo illius celi vt si modo videremus illud celum: nec comedere nec bibere vellemus p̄ illius desyderio. Si. n. deus tā pulchrum fecit huius mundi stabulū: quātum putas illud celeste palatium fecit pulchrum ꝓ suo thalamo deus glo=
Ps riosus? Vñ ps. Dñe dilexi decorē domus tue: ꝛ locū habitationis glorie
Job tue. Sed per contrarium mali habebunt carcerē horribilem. Job. x. Ubi
4 nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. ¶ Quarto est amplissimus. Cū. n. vt videmus: terra sit magna: sed aqua dr̄ in decuplo maior q̄ terra: ꝛ aer q̄ aqua: ꝛ sic de alijs spheris. agnoscere ergo potes ieffabilē magnitudinē celi empirei. Nā ꝛ videmus q̄ p̄ distantia: stella apparet parua nobis: que tñ dr̄ maior tota terra: secundū astronomos. Quid ergo ē de celo empireo? vtiq̄ si etiā sancti ibi diuisim habitarent: ipsis singulis plus q̄ sit tota terra centies pars maior prouenire impartienda. Unde Ba=
Baruch ruch. 3. O Israel q̄ magna est domus dei ꝛ ingens locus possessionis ei⁹.
O uos ergo auari qui palatia ampla ꝛ possessiones queritis in terra: que=
Ps rite celestia ꝛ habebitis amplissima. Sed contra erit de malis: de qbus ps ait. Oues in inferno positi sunt. s. que maxime se cōprimūt in estate. Sicut
5 mors depascet eos. ¶ Quinto est mundissimus: adeo q̄ sicut scribit Apo
Apoc. calip. 21. Nil coinquinatum introibit in illud in sempiternum. Unde nulle macule: scilicet sordes siue exteriores. s. corporales: siue interiores. s. peccatoꝝ ibi vn q̄ in esse poterunt. Intuere ergo terrā ꝛ aquā: nōne aqua mūdior est terra: ꝛ ascēdēdo aer purior est q̄ aqua: ignis plus q̄ aer: celū stellatum plus istis? sup omnia autem celum empireum? Si ergo Reges ꝛ principes munda volunt habitacula: multo magis deus ꝛ omnes beati. Sed per cōtrarium carcer infernalis erit pro reprobis imundissimus ꝛ fe
Basi. tidus: vtpote quo post iudicium descendent (fm Basilium) omnes sor=
6 des ꝛ stercora fetidissima mundi: eritq̄ vt cloaca. ¶ Sexto est omni bono
Aug. plenissimus. Augu. de ciui. dei. 13. Ibi erit quodcūq̄ ab hominibus desideratur honeste: vita: salus: victus: copia: gloria: honor: ꝛ pax. ꝛ oia bona sine fine. A contrario: in inferno malis erunt omnia mala: mors: dolor: fames: sitis ꝛc. Deutero. 32. Congregabo super eos mala: ꝛc. ¶ Septimo
Deuter. est stabilissimus ꝛ sempiternus. Unde beati perpetuo gaudebunt in oib⁹
7 bonis. sicut mali perpetuo luent pena ꝛ plangent in malis. Exemplum

ad predicta

ad predicta ponit Joannes Apocalip. 21. dicēs. se vidisse celestem Hierusalem tanq̄ ciuitatē luminosam habentē claritatem dei: et habebat murum magnū et altum: et portas duodecim preciosis Margaritis ornatas: et structura muri eius: erat ex lapide Hyaspide: qui est viridis coloris: confortans visum. Ipsa aūt ciuitas (inquit) erat similis auro mundo: et fundamenta omni lapide precioso ornata. Platee eius erant sicut aurū mundum tanquam vitrum perlucidum: nec egebat sole nec luna vt lucerent in ea: quia claritas dei illuminabat eam: et lucerna eius erat agnus: hoc est humanitatis Christi splendida gloria illuminat eam tanq̄ lucerna luminosissima. Vide ergo o anima deuota q̄ felicissimum est regnum celorum: quāq̄ amenissimus locus beatorum. Apoc.

Celi empirei Questio. Cap. 8.

Questio hic oritur. Cū dictum sit q̄ celum empireum est locus Christi et beatorum: vbi: vel in qua parte habet esse sedes regni Christi: in isto celo: vbi residet cum beatis omnibus perpetuo? Hanc questionē mouet Fran. may. in sermone quodā: assignans talem rationem. Quia celum empireum est immense magnitudinis: adeo q̄ omnes electi in corporibus gloriosis non sufficiunt implere totum illius celi ambitum per circuitum. Ideo dubitari potest versus quam partem celi habeat locum: celeste regnum mansionis beatorum et angelorum: ac thronus Christi et beate Marie virginis. Ad hanc questionem respondendo. Notandum est: q̄ fideles dei a principio veteris testamenti varias habuerunt cerimonias: quibus designauerunt vbi deus ipse specialius habitaret in celo (licet vbiq̄ sit) vt possumus colligere ex doctoribus. Primo quidem iudei veteris testamenti: solebant adorare ad occidentem: et sua adoratione representabant deum et eius regni habitaculum fore versus occidentem. Unde et sanctū sanctorum in tabernaculo dei erat versus occidentem. Exod. 26. Et sic etiam erat in Templo Salomonis. Proinde in psal. 67. dr̄. Cantate deo: psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Sed hec fiebant in figuram ad significandum q̄ Christus deus per occasum mortis ascensurus erat in celum. vt dicit Grego. et secundum Lyram super predicto verbo psalm. per hoc designatur q̄ Christus dominus ascendit super locum adorationis humane: scilicet ad locum adorationis angelice: qui est in celo empireo vbi angeli adorant Christū. Ex hoc ergo non habetur q̄ Christus sit locatus et eius regnum in occidente: sed tantūmodo hec voluit deus fieri in figura de Christo passuro et adorando: et etiam vt per hoc excluderetur ydolatria: quam tunc orienti soli exhibebant in veteri testamento fere omnes populi. vt patet. Ezechie. 8. Secūdo christiani adorāt versus orientē. Nam sanctuaria ecclesiarum et altaria sic cōstituuntur: vt sacerdos in missa et populus verso vultu stent ad orientem. Hoc autem

Qō. Franc. may. Exo. Ps. Grego. Lyra. Ezech.

Ricar. Rayne. Gen. sm Ricar. in. 3. di. 9. q. 2. ar. vlti. & pcordat Rayne. in summa. Jdo qr paradisus est in oriete. Gen. 2. Et sic quasi ad paradisum. s. celeste qrimus redire per orone m. & cu hoc ortum veri solis. i. xpi incarnatione pfiteri designamus: Sed ex hoc aliqui putant xpm: & eius regnu esse in orientali pte celi. qr dicit ps. Psallite dno q ascedit sup celum celi ad oriente. hec tn auctoritas no concludit: qr sm Lyram: pro tanto di xps ascendisse ad orientem: qr ascendit de Mote Oliueti: qui est in orientali pte iuxta Hierusale. Uel et sm Franc. may. qr xps ascedit in celum: verso vultu ad oriente. vt etia dicit Damas. Deniqz infideles Mahumetu credetes: adorant versus meridie: sed trasseamus: qr decepti sunt. Ad qone g dom qr licet nobis sit incertuz in qua pte celi sit sedes regni xpi & ciuitas supna: tn opinari possumus cu Franc. may. qr sit in pte Aqlonari: qmuis. n. no est afferendu temerarie: sed tn pbat sm eunde ex tribus. ¶ Primo ex illo dicto ps. Magnus dns & laudabilis nimis in ciuitate dei nri in mote scto eius. Fundatur exultatione vniuerse terre: mons syon latera aqlonis ciuitas regis magni. Ecce dicit qr ciuitas regis magni est in lateribus aqlonis. ¶ Scdo ex vbo Luciferi. Esa. 14. dicetis. Jn celu ascedam. s. empireu sup astra celi. Lyra. l. sup angelos pesse volo. Sedebo in mote testameti. Seqtur. Jn lateribus Aquilonis. qd no dixisset nisi ciuitas ista beata esset in partib[9] aquilonis. ¶ Tertio ex rone. qr phi ponunt & fides no contradicit. qr. s. mot[9] celi est adequatus virtuti angeli ipm mouetis: vt in eo agat sm totu3 conatum virtutis sue. Un vt equaliter agat in partes eque distates: op3 vt angelus determinet sibi locu in medio: ad mouendu inde totu celu: alioqn intensius ageret in pinqua qz in remota. Sed polus arcticus. i. septentrionalis: est in medio celi stans sm hemisperiu nostre terre habitabilis: & circa ipsum mouentur stelle. ergo videt qr angelus sibi determinauit hunc locum medium: vt inde moueat stellas & totum celum: & per consequens cum ciues non ament nimis distare a patria. Sequitur qr determinauit sibi locum propinquum sue ciuitatis superne. Hec Franciscus: probabiliter tamen. Et sic pie opinandum in parte illa collocatam fore sedem Christi.

Fräc. 1 ps 2 Esa.

¶ Celi empirei situs. questio. Cap. 9.

Q5. Magister sniarum in. 4. di. 49. agit de dotibus corporis: q sunt agilitas: subtilitas: inpassibilitas & claritas. Et ibi fit questio a modernis. videlicet. Si corpora sanctorum gloriosa post resurrectionem habebunt diuersum situm in celo empireo: vt puta qr vnum sit altius altero. Respondetur qr sic. nam dicitur in ps. Quis ascedet in montem domini & stabit in loco sancto eius: idest in celo empireo: quod est mons domini & locus eius. Sequitur. Jnnocens manibus & mundo corde. Pro cuius declaratione nota qr hoc verbu ascedo est copositu3. Scando. n. coponit cum ad. & facit ascendo. & licet non ponatur ibi. d. non est vis. Est autem differentia inter ad. & in. quamuis ambo significent ad locum. Nam: ad: significat ad locum qui est longe. sed in

sed: in: ad locū qui est ppe. vñ idem dicit ascendo: qꝫ scādo locū longe q.s. multū distāta termino a quo. Nota ēt qꝫ scandere est moueri sursum: vt aūt Phs.3.physi. pbat: moueri localiter pprie nō est nisi cōpoꝝ. moueri n. est relinquere primas dimēsiones loci: ⁊ subintrare alias. hoc aūt non pōt fieri nisi locatū ēt haberet dimēsiones: sicut ē corpus. Sola ergo corpora psūt ascendere pprie. Ascēdere igiꝰ idē est qꝫ scandere cū corpore longe sursum. s. ad celsiorē locū: sicut xp̄s ⁊ btā virgo cū corporibus ascenderunt in celū empireū: lꝫ diuersimode. q xp̄s ascēdit: Uirgo aūt assumpta dr̄. dicit ergo p̄s. qꝫ ille qui erit mūdus in corde ⁊ in ope: lōge in sursuꝫ scādet cū corpore. s. post resurrectionē. s. vsqꝫ ad celū qd̄ longe est. Ubi nota qꝫ sicut ex v̄bis phi.3. physi. pōt haberi. vbi loquiꝰ de infinito. Hec ē dr̄ia inter magnitudinē seu q̄titatē ꝯtinuā: ⁊ quantitatē discretā. s. numeruꝫ. in magnitudine est infinitū p diuisionē: q semp diuisibilis: ⁊ nō per appositionē siue additionē. Est. n. deuenire ad aliquā magnitudinē: cui nō p̄t apponi. s. vltimā spherā. In numero vero ꝯtingit ire in infinitū p appositionē. vñ nullus numerus ē cui nō possit alius numerus: vel vnitas apponi: sed nō p diuisionē. Est. n. deuenire ad vnū quod ē ens idiuisuꝫ. Et sicut dictū est de numero q est spēs q̄titatis: ita de multitudine cōposita ex vnitatibus: q̄ ꝯuertunꝰ cū ente. Uñ sicut in ꝯtinuis vltima sphera ē terminus: ita in numeris est terminus: vnū. Et iō Diony. cōparat deuꝫ vnitati: ⁊ creaturas numero: quod sic exponiꝰ. Nā sicut numeri magis accedentes ad vnitatē minus habēt de diuisione: ⁊ p ꝯñs magis participāt dignitatē: sic creature magis accedētes ad deū magis pticipāt de dignitate eius: q est summe vnus ⁊ est terminus creaturaꝝ: que sunt vt numerus: ⁊ sic corpora magis accedētia ad vltimā spherā: magis sunt alta: ⁊ per ꝯñs nobiliora tanq̄ magis accedētia ad suū terminū. Creatura igiꝰ magis ppinqua deo (si corpus hꝫ) de iure: corpus eius magis dꝫ esse ppinquum extremo vltime sphere: quā dicimus celū empireū. Ubi ēt phs. li. de aialibus. dicit. qꝫ pp alaꝫ corpus: ⁊ nō ala pp corpꝰ. Aia. n. vnita corpori duo sibi dat. s. esse. q esse est a forma: ⁊ motū. In btis aūt ex btitudine aie gloria redundabit ad corpus: ⁊ iō vbi maior btitudo: ibi maior agilitas corporis q̄ ptinet ad motū: ⁊ per ꝯñs altior situs. Bene ergo dicit p̄s. Quia vbi maior mundicia cordis ⁊ opis: ibi maior ascensus corporis ad monteꝫ dñi quē vocat celū: ⁊ iō qui maiores erunt in sctitate: altius ascēdēt vt. 1. Cor. 15. Alia claritas solis: alia claritas lune: alia stellaꝝ: ⁊ stella differt a stella in claritate: sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Sed nota qꝫ sicut in his q̄ mō sensui apparēt: decipiꝰ sensus: nō aūt rō. sic se hꝫ de sapientibꝰ huius mūdi. Nā vt dicit Alfraganus. Si nos ꝯsideremus spherā solis hic ppe polū arcticuꝫ: vbi nos sumus: q̄tūcūqꝫ aliquod graue appareat descendere deorsum qsi cadit: tn̄ versus spherā solis tunc realiter ascēdit: ⁊ q̄to grauiora sunt corpora q̄ videnꝰ nobis citius descendere: tāto tunc ad spherā solis velocius ascendūt. Oē. n. recedēs a centro orbiū celestiuꝫ ⁊ accedens ad circūferentiā dr̄ ascēdere. Centrū aūt ē locus maxime infimus cuiuslibet sphere. Cū aūt sol sit eccentricus a terra: cuius centruꝫ est sup nos: ⁊

Phs

Phs

Diony.

Phs

Paul.

Alfra.

deo quanto aliquid magis descendit versus terrã: magis accedit ad circũferentiã solis: ꝛ per ↄ̃ns: magis ascẽdit. Sic se hꝫ de hoībus huius mundi. Sancti.n.quãto simpliciores ꝛ despecti extiterunt: tãto reputati fuerunt a prudẽtibus huius mundi magis descendere in pditionẽ. Sap.5.
Sapie. Hij sunt quos aliqñ habuimus in derisum ꝛ in similitudinem impꝓperij: nos insensatiui tã illoꝝ extimabamus insaniã: ꝛ finẽ illorum sine honore.
Paul. Sed nõ sic accidit: ꝛ iõ.1.Cor.1.dicit Apls ex parte dei. Perdã sapiam sapientum: ꝛ prudentũ prudentiã reprobabo. Vñ totum oppositum est eius qđ apparet: qꝛ tales pauperes ꝛ despecti magis ascendunt ad solẽ iustitie.s.xp̃m: ꝛ cã est: qꝛ est maior gloria spũalis gloria mundi. Vñ pruden
Gloria. tes huius mũdi resurgẽt in ignominia. ps. Nõ resurgẽt impij in iudicio.
ps. vñ descendẽt ꝛ nõ ascendent: sed simplices boni ascendẽt ad celos: ꝛ tãto
Isido. magis mũdiores. Isid. in lib. ethy. querit. Quare Anguilla mortua nũqꝫ ascendit in superficiem aque: sed in fundo corrumpitur: alij vero pisces ascẽ
Q3. dunt. Et r̃ndet. qꝛ anguilla terrestris est ꝛ spissa ꝛ cõpacta: vbi nullus põt intrare spũs: nõ sic de alijs piscib⁹. sic diuites ꝛ potẽtes huius seculi sunt
ps terrestres: qꝛ oculos statuerunt declinare in terrã. vt dicit ps. ꝛ cõpacti.s. duri ꝛ crudeles in põpis ꝛ vanitatib⁹ iplicati: ꝛ iõ non pñt ascendere. Sꝫ
Ansel. pauperes spũ ascendunt in celũ. Math.5. Bti pauperes spũ: qm̃ ipsoꝝ ẽ regnũ celoꝝ. Similiter mundi corde ꝛ corpore cũ sint priuati corporalibus: facti spũales ascendunt. Et talis fuit btã virgo Maria. Nã Ansel. de ea dicit. Decuit virginẽ ea puritate nitere. qua maior sub deo nequit intelligi. Et iõ nõ solum q̃tũ ad aïaꝫ: sed etiã q̃tum ad corpus ascendit ꝛ exaltata ẽ sup choros angeloꝝ ad celestia regna: vt canit sctã Ro. ecclesia. Sic quicunqꝫ voluerit celum empireum ascendere: sit mundus corde: corpore: ꝛ opere: vt dicit Dauid in ps supradicto.

¶ De celo empireo tria dubia. Cap.10.

Um dictũ sit situꝫ localẽ eẽ in celo empireo: vt sciamus quõ xp̃s ꝛ bti reassumptis corporib⁹ putanť in celo locari: vel situari. sunt aliqua partialia dubia. Primũ dubiũ est vtꝝ super xp̃m sit aliqđ saltẽ de celo. R̃ndet Fran. may. ꝙ thronus xp̃i sic putať fore stabilitus in supficie extrema celi empirei: ꝙ nil de celo est supra caput ipsius vel v̄ticẽ: ↄcordat Ricar. in.3.di.22. sic intelligẽdo ꝙ xp̃s nõ est extra supficiẽ conuexã celi empirei. qꝛ extra illud celũ nõ ẽ locus: sꝫ ẽ in summa pte illius celi ad itra ꝛ nõ ad extra: ꝛ sic dicit ps. Psallite deo q ascendit super celũ celi:
ps ꝛ sic ascẽdit xp̃s in altũ. Alij aũt bti locabunť supius ꝛ inferius ſm merita
Bona. ordinãtia ad diuersos choros angeloꝝ. Nã ſm sctũ Bona. in.2.di.2. circa lrãꝫ dicit: ꝙ xp̃s est sup oẽs ꝛ angelos ꝛ hoïes loco ꝛ dignitate: post ipsũ btã v̄go sup oẽs alios. Deinde ordinanť ceteri ſꝫ dignitatẽ meritoꝝ. Nõ dꝫ aũt (inqt) imaginari ꝙ ibi sint bti sicut in solario: nec tñ intelligẽdũ est ꝙ vnus sit directe sup caput alterius: sꝫ sicut si eẽt mons rotũdus ꝛ aliquis eẽt in culmine: ꝛ aliq circũcirca: sic põt aliqs imaginari: q meli⁹ nescit dispositionẽ btõꝝ in celo empireo ꝛ eius altitudinẽ magnã: veluti imaginãdo aues ſm ordinẽ in aere: pisces in aqua. magis tñ desiderandum ẽqꝫ

imaginandum

imaginandum.hec Bona. Cogita ergo quod Paruuli baptizati: qui non proprijs meritis saluantur sed merito passionis xpi: vt dicit doctores in.3. sen. erunt in infimo loco: et sup hos erunt cōes boles coniugati boni: deputati angelorum choro: sup illos vidue psecte: et deputabunt archāgelis: sup hos virgines et deputabunt choro principatus: et sup hos Anachorite qui le deserunt ofoni numerabunt in choro virtutum. Sup hos religiosi obedientes cū choro potestatū. In choro dominationū erunt martyres. In choro aūt thronorum: Patriarche et Prophete. In choro cherubin: Euangeliste et Doctores. In choro seraphin erunt Apli. sic quod paruuli Innocētes faciēt vnum chorum decimū de quo se: sed alij qui habuerunt rōnis vsum ad aliquem chorum secundū merita ascendēt. Btā autē virgo Maria erit sup oēs propinqua xpo: sed xps in summo. ¶ Scdm dubium vtrum aliqs btorum locabitur retro xpm i celo empireo. Ad hoc glo. sup Josue.21. dicit sic. Fortassis sic ordinauit deus stellas celi aliqs i pte aqlonis: alias i oriēte: alias in occidente: alias in austro: ita eos qui ex resurrectione mortuorum erunt sicut stelle celi in multitudine et claritate varia: ordinabit in regno celorum fm ordinē stellarum et partium orbis: et dabit alijs sortem ad oriente: aliis ad occidentē: alijs ad austrum: alijs ad aquilonē. hec glo. Ricar. autē in.3. di.22. dicit quod pie credendum est xpm dnm in illo throno celestis glorie: sic situatum.s. super oēs quod.s. nullum habeat retro se: sed oēs electi in faciē ipsius aspiciunt. astantes summa cū reuerētia et laudib9 diuinis tanquam regi precellentissimo: oculisqz corporalib9 ipm post resurrectionē olum iocundissime et dulcissime aspicientes in quē.s. dnm Jesum: et angeli desiderant pspicere.i. Petri.i. hec fm Ricar. Tertium dubium vtrum xps dns: et vnusquisqz beatorum semp et continue in suo loco ibi residcat: vt ad aliā partem celi se nunquam transferat? Rndet Ricar. vbi s: cui concordat Fran.may. quod nō est affirmandum sic semp in illo loco residere quod nunquam ad alium locum se trāsferat ad tps modicum saltem. qz xps non est obligatus illi loco: sed ille locus est xpo fm congruentiam deputatus. similiter et de aliis btis. immo credo quod visitabunt se inuicē. Nā et aliquando et ad hunc mundum venit Christus: post ascēsionē et apparuit aliqb9 i hac vita ex speciali gratia. nec habeo (inquit) rationem cogentem quod nunquam ad aliam partem celi se transferat. hec ille. — Glo. — Ricar. — Petri

¶ Quod quilibet christianus dz querere regnum celorum. Cap.11.

Ex pte declaratis: eliciatur hoc correlarium. videlicet quod qlibet christianis spretis mundialibus honoribus: dignitatib9: diuitiis et voluptatibus transitoriis: querat regna celorum virtutibus mediantibus: quia non habemus hic ciuitatem permanentem: sed futurā ingrimus teste Paulo. Et idem Apls ad Colo.3. ait. Que sursum sunt querite: nō que super terram. Sursum vero est Hierusalem. Gal.4. Hierusalem autem interpretatur visio pacis: sed dicit Apostolus: quod visio pacis est sursum. ideo pax non potest haberi deorsum in hac vita mortali. Omnia enim infra concauum lune continue pugnant. Unde philosophus Empe- — Cor. — Paul. — Empe.

pedocles dicebat: quod duo sunt principia .s. lis et amicitia: pax ergo est sursum.
Ptbol. Sed quia ex sensibilibus cognoscimus intelligibilia. Ideo nota quod Ptbolo. pro
Q5. posi. 52. querit: quare aliqui sunt longi et magis accedunt sursum quam alii. Respon
Pbs deo. Ad hoc duplex assignatur ratio. Prima est physica. nam dicitur. 2. celi. Celum est sursum: et terra deorsum: et quia ale sunt virtute celi in istis inferioribus: et etiam dispositiue aia hominis secundum nobilitatem aiarum est sursum. Sursum. n. in aiatis: dicitur esse ex illa parte unde recipit alimentum. Unde arbores habent sursum ad terram econtrario ad celum. Bruta vero medio modo: sed homo eodem modo. Quanto ergo aia maiorem influentiam ex sursum recipit secundum maiorem vel minorem dispositionem ipsius aie: tanto magis vel minus corpus accedit sursum et crescit in longum. Sed alia ratio ibi assignatur a Ptholemeo et est talis. Quando in natiuitate alicuius: ascendens est in principio signi: natus erit longus: quando vero in fine signi: natus erit curtus. Altius in signo existente in ascendente: quo ad nos: est principium: et infimum: est finis. Unde qui recipit influentiam a parte altiori: extenditur sursum: sed non qui recipit influentiam ab imo. i. a parte inferiori. Unde etiam quando planeta: qui est dominus alicuius natiuitatis: est eleuatus in auge sui epicicli: ille natus erit longus et accedet sursum: quia recipit influentiam ex alto: sed quando est in opposito augis: quia non recipit natus influentiam ex alto: sed ab imo: ideo non extenditur sursum. Sic spualiter qui vult in hoc mundo recipere influentiam a parte inferiori. s. in diuitijs: honoribus: voluptatibus: non ascendet sursum. i. in celum: et non erit longus sed curtus: quia gaudium impiorum ad instar puncti secundum
Job Job et cito deficiet: sed qui recipit ex sursum: siue a parte superiori. s. deo
Math. ascendet sursum: et erit longus. quia Math. 25. Ibunt iusti in vitam eternam. Dimittamus ergo terrena et queramus celestia. Nam dicit xps nisi quis re
Q5 nunciauerit omnibus que possidet: non potest intrare in regnum celorum. ¶ Quo fit sup 8. de aialibus. Quare illa que currunt: ut sunt Lepores: Dame: Cerui: in venationibus vadunt sursum: sed sues descendunt deorsum ad vepres? Respon. quia in primis viget aia: in alijs viget corpus. ¶ Sic vere illi in quibus viget aia. i. ratio semper cogitant de celestibus: et sic vadunt sursum: sed illi in quibus viget sensus. i. appetitus sensualis: semper descendunt ad temporalia et terrena: nunquam cogitant nisi de terrenis: immo non possunt satiari: quia crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. Queramus ergo sursum illud. s. celum: sursum est Hierusalem.
Paul. Ideo que sursum sunt querite. et Phili. 3. Nostra conuersatio in celis est. Quando. n. terrena despicimus: et celestia affectamus dicimur tunc conuersari in celis: non habitando corpore: sed conuersando mente et desiderio. Ut ergo quilibet terrena despiciat et amet celestia ac accedat ad superiora: cogitet qualiter in celo empireo: et in gloria beatorum est omnis mali absentia. Nam ibi per summum bonum: extirpatum est omne malum. s. culpe: pene: et miserie. quia ibi beati malum facere vel pati non solum nolunt sed nec omnino possunt. Est et ibi in illa gloria: omnis boni presentia. Primo omnis boni essentialis ex parte aie: quod consistit in visione: tentione: ac dilectione summi veri et boni. Secundo consubstantialis: quod consistit in gloria corporis dotati per quatuor gloriosas dotes: que sunt claritas: impassibilitas: subtilitas: agilitas. Tertio accidentalis: quod consistit in gaudio creaturarum: iuxta se in associatione omnium bonorum beatorum et angelorum: sub se: quia beati gaudent quod penas

ꝙ penas eternas ꝑ dei misericordiã euaserunt: ⁊ ꝙ iniuriis suis: ꝑ dei iu-
stitiã: pene sunt inflicte: supra se: qꝛ hoīem deū cū sua beatissima matre glo
rificatos aspiciūt. In his oībus laudat̄ dei larga ⁊ mirifica remuneratio:
qua ꝓ paruo ⁊ breui merito: eternã ⁊ ineffabilē sanctis in celo dat gloriã:
letitiam: ⁊ felicitatē: ⁊ oia eis ordinat in bonū: tam bona ꝙ̃ mala: ⁊ ꝓpria
⁊ aliena: ⁊ nō solū mala pene: sed ēt mala culpe: vt de bonis ꝓpriis glorien
tur: ⁊ de alienis cōgaudēdo delectent̄. De malis ꝓpriis gaudēt: qꝛ euase-
runt. De alienis: qꝛ in similia nō inciderūt. Gaudēt de ꝓpria felicitate q̄ ē
multiplex. Gaudēt de oī electoꝝ gloria tã in numero ꝙ̃ i magnitudine: ⁊
de quolibet sicut de se gaudēt: qꝛ tm̄ diligūt illū habere qui hꝫ: ꝙ nolēt eã
habere vt alter careret ea. Sed de gloria dei tanto plus sup oium ⁊ suaꝫ ⁊
sanctoꝝ gaudēt gloriã: ꝙ̃to plus diligūt eū sup seipsos ⁊ sup alios. Maxi-
me cū gloria dei sit infinita: ⁊ iō sup oēm mensurã dꝫ esse de gloria eius: li-
cet creatura nō valeat infinite diligere ⁊ gaudere. Gaudet ad hoc qsqꝫ di-
ligi se ab oibus: sicut seipm̄ diligit. Insup gaudet se diligi a deo plus inesti
mabiliter ꝙ̃ a seipso: ⁊ oiuꝫ gaudia gaudet sibi cōia esse: ⁊ tã plene ad pti
cipandū exposita: vt hauriat de bonis ꝙ̃tū cupit: ⁊ capere pōt sicut ꝓpria:
ibi erit gloria corpoꝝ ⁊ spuūꝫ: ibi videbit̄ deus deoꝝ ꝭꝫ diuinitatē facie ad
faciē. et ꝭm humanitatē gloriosam: in quã ēt desiderant angeli ꝓspicere.
Sicut āt certi sunt electi se habere gloriã illã: ita certi sunt ꝙ nūꝙ̃ possunt
amittere. Ibi est sacietas sine fastidio: ⁊ desideriū cū desiderati plena ade-
ptione. Ibi ⁊ pura ⁊ plena laus resonat de oī ⁊ toto corde suo laudantiuꝫ
deū: de tã pia ⁊ magnifica bonitate eius: q ab eterno eos ad hãc gloriam
ꝑdestinauit. Tot igit̄ ⁊ tãta sunt ⁊ erunt in celo empireo gaudia in btōꝝ
gloria tã corporis ꝙ̃ aie: ꝙ ea nō possent oēs huius mūdi Arithmetici nu
merare. Geometrici mēsurare. Grãmatici: Dyalectici ⁊ Rethorici effari.
Fide nō capiunt̄: Spe nō attingunt̄: Charitate nō ꝯprehēdunt̄. Desy
deria trãscēdunt: acquiri possunt: estimari eoꝝ ꝑciositas non pōt ⁊c. Hec
igit̄ meditari: est in celis ꝯuersari. Studeat ḡ qlibet has celi empirei condi
tiones ⁊ ꝓprietates cognoscere: ⁊ sic bn̄ viuēdo: ad eas merebit̄ ꝑuenire.

¶ Qō. Utrū celū empireum influat in inferiora. Cap. 12.

q Uestio mouet̄. Utrū celū empireū isluat in hec īferiora. Et hec
qō mouet̄ a. s. Bona. in. 2. di. 2. arti. 3. q. 2. Et ꝙ sic. arguit̄ pri
mo. Nã in quolibet creato qō est ꝑfectū ⁊ ꝯpletū: est sb̄a: virtus:
⁊ oꝑatio. ḡ in ipso empireo. Si ḡ hꝫ virtutē: aut ꝑ quã oꝑat̄ in id: qō ē su
pra: vel in id: qō est iuxta: vel in id: qō infra. Nō in id qō ē supra: planū ē:
nec in id qō est iuxta: qꝛ ipm̄ est sup oia corpora. ḡ videt̄ ꝙ ꝑ illã virtutē in
fluit in id qō est infra: aut v̄tus ⁊ sb̄a eius erit ociosa: qō plane est incōue
niens. Itē oia corpora ꝑꝑ humanū obsequiū sunt facta. Ut si sumus nos fi
nis quodãmodo oiuꝫ coꝝ que sunt. ḡ si empireū aliqd est: de aliquo seruit
hoī: qō nō faceret nisi aliqd in hec inferiora influeret. ergo ⁊c. Itē quanto
aliqō corpus situ est supius: tãto inter corpora nobilius est: ⁊ quãto nobi
lius: tãto potētius ⁊ melius: ⁊ ꝙ̃to potētius ⁊ melius: tanto in agendo ⁊
ꝯfluēdo efficacius: si ḡ celū empireum est supremū: ḡ videt̄ ꝙ sit maxime

influens in hec inferiora. Ité quanto lumé est maius: tãto magis se diffun dit: et multiplicat: si ergo empireũ inter corpora é luminosum maxime. ergo maxime diffusiuũ: sed lumé illud nõ priuat efficacia vegetãdi et pseruãdi: queadmodũ nec lumé firmaméti: ergo vr q empireũ in hec inferiora maxime sit influés. Rñdet Bona. vbi s. q circa hoc duplex é opinio. Prima q empireũ influit influétia nobilissima: et cũ sit corpus influit influétia corporali. Et cũ sit corpus excellétissimũ influit sup corpora nobilissima et talia sunt corpora hũana q̃ sunt ordinata ad formã nobilissimã. s. aiam rõnalé. Celũ igit sydereũ ordinat ad cõciliationé elementorũ et ad susceptioné vegetabilis. Christallinũ ad susceptioné sensibilis: sed empireũ ad susceptioné rõnalis: et hoc vr rõnabile: nõ solũ rõne ordinis influétie: sed rõne pximitatis nãe. Celũ. n. empireũ é locus spũaliũ sbarũ: et ét corporũ glorificatorum: et qm̃ pueniétia est loci ad locatũ: vel manifesta vel occulta vr influentia illius celi eé cõsona corporibus nostris: et alabus amica: nõ rõe sui: sed rõne suorũ corporũ que pficiunt et informãt. Alia est opinio totaliter in oppositũ. s. q empireũ nullo modo influit: vide Bonauen. vbi supra. sed ego teneo primam opinionem.

¶ Ité de Celo empireo alia moralitas. Cap. 13.

Celũ empireũ ét repñtat nobis gloriã eterne btitudinis. Opz. n. c loci et locatũ cõformari. Un̄ cũ celũ empireũ sit locus glie btorũ opz q corũ statui pformet. Et ista pformitas attédit q̃tuz ad septé. ¶ Nã p̃ celũ empireũ dr ppriũ dei hitaculũ. de hoc. n. ipse deus dixit

1 Esa. Esa. 66. Celũ sedes mea et terra scabellũ pedũ meorũ. Hec. n. duo corpora in mundo maxime repñtant dei eternitaté et imutabilitaté. s. corpus supremũ qd vocamus empireũ. qr illud solũ inter sphęras celestes ponimus immobile: et iõ assimilat sedi: in qua sedés qescit. Et corpus infimũ. s. terra qd a suo situ nunq̃ mouet: et iõ assimilat scabello qd ét opz eé qetũ et firmũ.

Eccle. Eccl. 1. Terra in eternũ stat. qr in celo empireo maxime fulget diuine virtutis opatio. Iõ spãliter dr ibi esse sedes dei et habitatio dei. ps. Dñs in celo sedes eius. Et hinc é q hoies orare volétes manus leuãt ad celũ: tanq̃ ad dñm eius. Hoc aũt hñ pfetit glorie beatorũ in qb' deus imobiliter habitat ita vt nunq̃ ab eis separet et iõ replet eos letitia eterna et gloria: fm illud ps. In eternũ exultabunt: habitabis in eis et gloriabunt in te. ¶ Secũdo celũ empireuz est claritate luciduz. Un̄ empireũ: vt prius dcm̃ é: dr igneuz: nõ ab ardore: sed a splédore. Cõueniés. n. est fm Basiliũ: vt sicut dãnati habét extremas tenebras: ita bti habeãt extremã lucé. Et ét pcipit btis: quorũ més p lumé infusum glorie cõfortata et eleuata: ineffabile et increatuz lumé attingit: fm illud. ps. In lumine tuo videbimus lumen. Repñtat ét illud celuz splédidissimuz: gloriosaz claritaté: quam corpora gloriosa post resurrectioné habebũt. Saple. 3. Fulgebũt iusti sicut sol in regno pris eorũ. ¶ Tertio celuz empireũ est capacitate maximũ. Nã intra se icludit oia corporalia. Et hoc ét cõpetit felicitati btorũ: q̃. s. icludit et ptinet oia desyderabilia. Un̄ Boe. dicit: q btitudo é status oiuz bonorũ aggregatione pfectus: et iõ ibi solũ satiabit hũanus appetit': fm illũ ps. Satiabor

ps

Psal. 2

Basil.

ps

Saple 3

Boe. ps

tibabo: cũ apparuerit glĩa tua. ¶ Quarto celũ empireũ ẽ figura sphericũ. 4
Figura autẽ spherica cũ careat pn̄ ꝛ fine: repñtat eternitatẽ dei: quã bti
ptīcipãt: ipm deũ p essentiã vidẽdo: sm illud Jo. 17. Hec ẽ vita eterna vt Joan.
cognoscãt te solũ deũ verꝫ ꝛc. Et iõ bti dicunť eẽ in vita eterna. i. in vita in
terminabili ꝛ pfecta. Nã eternitas ẽ interminabilis vite tota simul ꝛ pfe
cta possessio. vt Boe. dicit in. 5. de cõsola. Uñ qꝛ bti habẽt vitã iterminã
bilẽ ꝛ intrãsmutabilẽ: nõ solũ sm eẽ: sꝫ ẽt vlteri⁹ sm opõnẽ: qꝛ q̃tũ ad illã Boe.
opationẽ qua verbũ vidẽt. s. quo ad visionẽ: nõ sunt i sctis volubiles cogi
tationes. vt dicit Aug. xv. de trinitate. Et iõ dĩ Daniel. 12. q erũt q̃si stel Aug.
le in ppetuas eternitates. ¶ Quinto celũ empireũ ẽ ab oĩ motu qetũ. Nã Daniel.
si eẽt motũ: motus eius depēdereť p aliqđ corpus appares: sicut depẽ 5
diť motus aliaꝝ spheraꝝ: qđ minime apparet: ꝛ iõ celũ empireũ ẽ olo qetũ
vñ Basil. dicit in. 2. Hexameron q remuneratio q̃ p dignis opationibus Basil.
restaurať: in ea luce q̃ est ex̄ mũdũ: qetis domiciliũ sortieť. Sic ẽt stat⁹ btõ
ruꝫ vltimo fini inherẽtium est status omnimode quietis ꝛ pacis. sm illud
ps. Posuit fines tuos pacẽ: ꝛc. habẽt. n. qetẽ ab oĩ laboꝛe: iuꝝ illđ Apoc.
14. A modo iã dicit spũs vt reqescãt a laborib⁹ suis. Jtẽ ab oĩ molestia vl ps
ingetatione. ps. Jn pace in idipm dormiã ꝛ reqescã. Sꝫ nota q q̃uis celũ Apoc.
empireũ sit imotũ: hꝫ tñ sm aliquos ꝛ p̃cipue sm Bona. in. 2. di. 2. ar. 3. ps
q. 2. isluẽtiã sup alia corpora: q̃ moueňť: sicut ẽt supremi angeli q deo assi Bona.
stunt habẽt influentiã sup medios ꝛ vltimos angelos q mittunť: q̃uis ipsi
nõ mittanť. Jnfluit aũt celũ empireũ in primũ mobile: nõ ad trãsiẽs ꝛ ad
ueniẽs p motũ: sꝫ ad fixũ ꝛ stabile: puta virtutẽ ptinẽdi ꝛ cãndi: vel aliud
hmõi ad dignitatẽ ptinẽs. Silr bti q sunt in patria influũt nobis q sum⁹
in via: suffragia: ꝛ beneficia multa: ꝛ p̃cipue spũalia: q̃ sunt fixa ꝛ stabilia
bona. Uñ Job hortať hoiem viatorẽ dicẽs. Uoca si est q tibi respõdeat: ꝛ
ad aliquẽ sctõꝝ puertere. Job. 5. cap. ¶ Sexto celũ empireũ est a diffor Job.
mitate remotũ. est. n. totalr vniforme nõ hñs partiũ difformitatẽ: sicut hꝫ 6
celũ stellatũ. Qđ ẽt ppetit btitudini sctõꝝ: nõ qdẽ ex pte btõꝝ: cũ btitudo
vnius sit maior q̃ btitudo alteri⁹. sꝫ illud. 1. Cor. xv. Stella differt a stel Paul.
la i claritate: ꝛ sic ex pte btõꝝ ẽ ibi q̃dam difformitas graduũ. pp qđ dixit
xp̃s. Jo. 14. Jn domo pr̃is mei mãsiones multe sũt: sꝫ hñ ex pte dei btifi
cãtis: q ẽ btitudinis obiectũ: ex cuius cognitiõe saluus aliqs efficiť ꝛ btũs Joan.
sm illud Aug. 13. pfessio. Btũs q te nouit ẽt si alia ignoret. Jpsa btitudo Aug.
sctõꝝ ẽ simplex ꝛ vniformis. qꝛ lꝫ dicanť esse ibi pgregata bona oĩa: illa tñ
pgregatio bonoꝝ ẽ in deo: nõ p modũ ppositionis: sed p modũ simplicita
tis: qꝛ q̃ in creaturis multiplicia sunt: in deo p̃existunt simpliciter ꝛ vnite:
vel q̃ sunt sparsa in creaturis formaliter: i deo sunt virtualiter ꝛ eminẽter.
Et hinc ẽ q diuina btitudo vna ꝛ simplex exñs nihilomin⁹ oẽm btitudinẽ
pplectiť. Qꝛ qcqd ẽ desyderabile i q̃cũqꝫ btitudine vl v̾a vel falsa: totũ emi
nẽti⁹ i diuia btitudine p̃existit. De ptẽplatiua. n. felicitate hꝫ certissimã ꝛ
ptinuã ptẽplationẽ sui ꝛ alioꝝ olm. De actiua v̾o gubernatione toti⁹ vni
uersi. De terrena ãt felicitate: q̃ psistit i voluptate diuitijs: ptãte: dignitate
ꝛ fama. sꝫ Boe. 3. đ pso. hꝫ gaudiũ đ se ꝛ đ oib⁹ alijs: p dlectatiõe. p diu Boe.

celorum vim patitur: et violenti rapiunt illud. ¶ Sexta est fuge seculi vel 6
contemptus mundi. Math. 19. Vade et vende omnia que habes: et veni Math.
et sequere me: et habebis thesaurum in celo. Sic acquirunt religiosi cōfes=
sores iure cōmutationis. Iste tres porte a meridie dicūtur: quia in eis claret
feruens amor dei: sicut in meridie feruor est Solis. Sequuntur alie tres
porte ab Aquilone et in ordine. ¶ Septima porta est gratitudinis in pa= 7
tientia aduersi. Luc. 21. In patiētia vestra possidebitis aīas vestras. Hoc Luc.
modo acquisierunt sancti Confessores multi. Unde et Act. 14. Per mul Actu.
tas tribulationes oportet nos intrare in regnū celorum: vel dei. Et sic possi=
detur regnum celorum iure testamenti vel legationis: quia Christus precipue
fecit in morte testamentū pacis. di. Jo. 14. Pacem meam do vobis: pacē Joan.
meam relinquo vobis. s. in testamento. precipue autem deberent sic acqui
rere Principes et Milites qui etiam per bella pacem deberent querere: vt
dicit Augu. 23. q. 1. Noli. ¶ Octaua est humanitatis misericordie. Math. Aug.
25. Venite benedicti patris mei percipite regnum. Esuriui. n. et dedistis 8
mihi māducare. Per hāc intrauerunt sācti coniugati: Confessores et alij Math.
multi. Tales possident regnum iure emptionis et feneratiōis: iuxta illud
Aug. de doctri. christiana. Vis homo q̄ fenerari homini: fenerare deo: Aug.
et centuplum accipies et vitam eternam possidebis. da tectum et accipe ce=
lum. da elemosynam et accipe patriam beatam. Et Petrus Rauenas. Ec Pe. raue
ce dominus regnum suū vendit: et vt quilibet emere valeat ipsum pro frag nas.
mento panis exponit. ¶ Nona est incoinquinationis casti propositi. 9
Math. 19. Sunt Eunuchi qui se castrauerūt propter regnum celorum. Math.
Per hanc intrant Virgines et Vidue iure desposationis a Christo. Vn= Canti.
de canitur de eis. Veni sponsa Christi: accipe coronam quā tibi dominus
preparauit in eternum. Sequitur de portis occidētis. i. mortis. ¶ Deci= 10
ma porta est laboris perseuerandi. Unde Math. 24. Qui perseuerauerit Math.
rit vsq; in finem: hic saluus erit. Per hāc intrare habēt oēs electi cōiter iu
re lucri brauij. sm illud Bernar. in epistola. Licet omnes virtutes cur= Ber.
rant: sola tamen perseuerantia accipit brauium. ¶ Undecima porta mor 11
tis Christi et meriti alieni: per quam intrant paruuli baptizati. Math. vl Math.
ti. Qui baptizatus fuerit saluus erit. Et isti habent celū iure gratuite do
nationis liberalis: quia non in proprijs meritis: sed alienis saluant. ¶ Duo 12
decima est penitentie pro hora finali. Math. 3. Penitentiam agite appro Math.
pinquabit regnum celorum. Per hanc intrauit Latro. cui dictum est. Ho=
die mecum eris in Paradiso. Et per hanc intrant penitentes in extremis:
iure fraudis et rapine: quia minori precio. i. penitentia modici tēporis acq
runt. Nam bonus et misericors deus vt omnes possit saluare: pmittit sciē
ter se ī hoc fraudari ex misericordia infinita. Nā fraus est q̄si qd quis erat
vendíturus: ego per dolum induci vt illud minori precio mihi venderet.
Sic magni peccatores solum in fine penitentes fraude furant et rapiunt
celum quodāmodo: deo tamen ex misericordia permittente. Unde Amb. Amb.
dicit. Aggrediantur peccatores lattem more latronum et furum: vt spoliēt
dominum et auferant regnū et vitā eternam. Sed ille tam diues et largus

est vt non abnuat ꝛ nõ resistat: qui cum omnia dederit: nihilominus omnia possidebit. Sed de hoc pctõres nõ presumant: sed ꝗ̄ totius peniteant: quia vt dicit Aug. in extremis penitentibus: licet penitentiam dare possimus securitatem tamen dare non possumus. Tene ergo ꝙ certũ est ꝛ age penitentiã dum sanus es. Ecce ergo ꝗ̄ copiosus sit deus in dando celum hominibus: cũ multas portas .s. vias ꝛ modos instituerit: per quas in celum empireum valeant intrare.

Aug.

COELILOQVII MORALIS LIBER TERTIVS.

Typus Astrologie.



¶ Astrologia quid sit. Cap. I.

Quoniam dicturi sumus de celis ꝛ astris: de quibus est Astrologia: nõ videtur inconueniens vt dicã hic: quid sit Astrologia: prout sapientes huius scientie ipsam diffiniunt. Astrologia igit̃ sic diffinitur

sic diffinit vno mō: q̄ ē astrorum regula. Est.n. regula recta ordinatio ac manifeste declarās id qđ ē fm veritatē sui eē: non q̄ ex regula sumat veritas: sed vt ex ea que est veritas regula nascat. Ab eo.n. q̄ res ē vel nō est: ē ōfo vera vel falsa. Alij aliā assignāt diffinitionē sic. Astronomia est scia p quā non solū psentium verum ēt preteritorum ac futurorum datur cognitio. Sic igit diuidit Astrologia in duas partes vel spēs.s. speculatiuā que est astrologia: et actiuā vel practicam que est astronomia. Astrologia speculatiua vel contemplatiua est scia magnitudinis mobilis: que cursus syderum et habitudines stellarum circa se: et circa terrā certa rōne perquirit. Et huius astrologie sunt tres partes. Prima quarum est de numeris et figuris celestiū corporum: de ordinibus eorum in mundo: de quātitatibus: sitibus: proportionibus: quātitatibus distantiarum eorūdem inter se. Scđa est de motibus supcelestiū: quot sunt: et q̄ omnes eorum motus sunt spherici: et q̄ quilibet cōicet cum oibus stellis: quisque sit pprius: et quot sunt spēs motus vniuscuiusque eorum: et ad quas partes moueant: que sunt sex. s. ante et retro: et istis subalternant directio et retrogradatio: deinde sunt: sursum et deorsum: dextrorsum et sinistrorsum: et de quibusdā aspectibus et ↄiunctionibus: et qn hec fiant: et similia. Tertia vero inquirit de hoc quod habitat de terra: et de illo qđ non habitatur fm dispositionē septem climatū: et de diuersitate diei et noctis: fm vnāquāque regionē. Astronomia vero est scđa ps.s. actiua vel practica. licet aliqn vna p altera sepe ponatur. Cuius diffinitio superius iam posita est. Alij tn aliter diffiniunt: sic. Astronomia est scia que cursus stellarum: et ipsarum dispositionem fm opinionē vtentium ea: preuia rōne: temporum describit notitiam. Differentia ḡ inter Astrologiā et Astronomiā: hec est. qm̄ Astrologia est fm rei veritatem q̄tū ad notitiam intellectualē: siue scientalē: sed Astronomia est fm q̄ ea vtentes opinant ad effectum ipsius: seu scia operatiua. Unde Alfarabius de scientijs ait. Astronomia est scia de significatione stellarum: quid.s. stelle significent: de pluribus rebus: presentibus.s. preteritis: atque futuris. Quare aūt Astronomia vocet hoc nomine. Dico qđ illud nomen est cōpositum.s. ab astris et norma qđ ē regula: inde Astronomia.s. astrorum regula: vel astrorum practica: siue astrorum operatio. Sed cur potius Astronomia ab astris: et non a celis: nomen accepterit. Rñ. Qm̄ astra sunt nobis celis notiora (quia visibilia) nosque in notitiam celorum faciliter ducentia: a notioribus autem denominationem fieri notissimum est. Aut etiam quia doctissimi omnes spheras mundi: astra nōnunq̄ solent appellare: vt patet in libro.2. de docta ignorantia Cardinalis Cuse. Nōnulli autem grecorum. Athlantem quendam primū Astronomie fuisse inuentorem volunt: et hac de causa Poete hanc opinionem insinuare volentes: Athlantem esse maximum virum: qui capite in vno polorum: et pedib⁹ in reliquo: manu dextra i oriēte: ac sinistra i occidēte: celū sustineat. De hoc Aug. de ciui. dei li. 18. c. 8. sic ait. Athlas frater Ptholemei magnus fuisse Astrologus dr: vñ occasionē fabula inuenit: vt celū portare ↄfingeret: q̄uis mōs eius noie vocet: cui⁹ altitudine celū portare vulgus afferat. Alij Protoplaustum Adā: alij Abraā. ceteri pro huius sciētie alios

Astrologia.

Astronomia.

Alfara.

Nico. de cusa.

Inuentor astronomie.

Aug.

Ptbol.


inuentores putant: eam tamē a Ptholemeo nō mediocriter illustratā3 vt in lib. Almagesti manifestum est. Temporibus aūt modernis a Georgio Purbachio: ꝛ Joāne de Monte regio egregie excultā cognouimus. De motibus vero corporꝫ superiorꝫ Alphonsus rex castelle tabulas edidit.


Grego. Purba. Jo. d mō te regio. Alphō. Euclides

¶ De diffinitione Sphere: ꝛ mūdi ꝯtinentia ꝛ vnitate. Cap. 2.

Sphera ab Euclide sic diffinit. Sphera est transitus circūferentie dimidij circuli quotiens fixa dyametro: quousqꝫ ad locū suū redeat vnde circūducitur.

Jd ē Sphera est tale rotundū ꝛ solidum: qd ab arcu semicirculi circunducto describitur. Uel sic. Sphera est corpus solidū vna supficie contētum: in cuius medio punctus est: a quo oēs linee ducte ad circūferētia3 sunt equales. Punctus aūt ille centrum sphere: ꝛ linea per ipsum transiens: extremitates circunferentie sue pariserie applicans (circa quam mouetur sphera) Axis sphere dicit: ꝛ puncta dicte linee terminātia: poli siue cardines mūdi dicunt. Prima autē omniū spherarꝫ ꝛ maxima: mūdi machina tota dicitur. Jpsa.n.omnia continet: nec quicqꝫ extra ipsam est: qd forme mundi sit susceptibile: sed oē tale tam simplex qꝫ compositū in se cōplectit: ideo perfecta ē ꝛ vnica: extra quā nulla alia reperit. Qd facile probat: si rerꝫ tam simplicium: qꝫ compositarum naturas considera mus. Oīa.n. talia in suis locis naturalibus in sphera contentis sunt locata: vt leuia sursum: ꝛ grauia deorsum: ꝛ si extra hec loca sint: ad ipsa naturaliter mouentur. Quod patet de lapide sursum proiecto: ꝛ candela accensa ac deorsum versa. ¶ Nam lapis in aere non quiescit: sed ad terram versus centrum tendit. Sic ꝛ ignis candele deorsum verse sursum tendit. Quapp si aliqd horum extra supremā spheram esset: hoc cōtra eius naturā ꝛ violenter erit: ꝛ per consequens ibi perpetuo nō manebit: qꝛ fm Phm nullū violentum ē ꝑpetuū. Unde Aristoteles asserit. Si extra hūc mundū alius esset mundus: terra ipsius ad terrā huius moueretur: qd non posset fieri nisi a centro versus circūferentiam ascēderet: qd tñ est cōtra naturā terre ꝛ cuiuscuqꝫ grauis. Sunt tñ (vt primo Celi dicit idē Aristoteles) extra celū entia inalterabilia: insenescibilia: impassibilia: optimā vitā ducentia: ꝑ se sufficiētissima: quā toto euo perficiunt: a quibus omnibus alijs datū est eē ꝛ viuere:





Pħs

bis quidem


bis quidem clarius: bis vero obscurius. Sed hec dicēs: nō de ɔuexa supficie supreme sphere: sed de cōcauo orbis lune intellexit. Ut si totū qd ambitu huius ɔtinet: dixit spheram generabilium et corruptibiliū. Totū vero superius cōtinēs et contentum ingnabile et incorruptibile credidit. Nota tñ q sphera differt ab orbe. nā sphera vnica supficie .s. conuexa ɔtinet: orbis vero duabus cōuexa et ɔcaua concluditur: vt est annulus.


De figura Sphere: siue machine mundi. Cap. 3.


Eli vt mūdi figurā eē sphericā: tria ostendāt. Similitudo: cōmoditas et necessitas. Similitudo quidem: factus est. n. mūdus sensibilis ad similitudinē et exemplar mundi intellectualis archetypi: et ydee mētis diuine: in quo nō est principiū nec finis: sicut et in figura spherica. Unde Boe. Tu cuncta superno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse: Mūdum mente gerens: similiqʒ imagine formās. Cōcordant Plato et Mercurius trimegistus. Cōmoditas fuit: vt corpus (qd in se continet omnia) haberet figuram capacissimam omnium. Hec autē est figura spherica. omniū. n. corporum ysoperimetrorum: hoc est: equaliū circundantium superficierum: sphera est capacissima. Corpus. n. ysoperimetrum dicitur corpus mensurabile mēsura circulari: cuius species sunt: sphericum: columnale: ouale: et pyramidale: sed inter oēs species: sphericū est magis rotundum: et per consequens capacissimum. Necessitas est: quoniam si mundus esset alterius forme q rotunde .s. trilatere: quatrilatere vel multilatere: sequerētur duo impossibilia .s. q aliqs locus esset vacuus: et corpus sine loco: quorum vtrumqʒ ē falsū: sicut apparet in angulis eleuatis et circūductis: vt patet facile in figura hic signata. Item sicut dicit Alfraganus. Si celum eēt planum: aliqua pars celi esset nobis propinquior alia: illa .s. que esset super caput nostrum: igitur stella ibi existens esset nobis propinquior q existens in ortu vel occasu: sed que nobis propinquiora sunt: maiora videntur: ergo Sol vel alia Stella existens in medio celi maior videri deberet: q existens in ortu vel occasu. cuius contrarium visus iudicat. Maior enim apparet Sol vel alia Stella in oriente vel

Boe. Plato Mercurius.

Alfraga.







occidente q̄ in medio celi: sed cu3 rei veritas ita non sit: huius apparentie causa est: q in tempore hyemali vel pluuiali quidam vapores ascendunt inter aspectū nostrum ⁊ Solem: vel aliam stella3: ⁊ cu3 illi vapores sint corpus dyaphanum: disgregant radios nostros visuales: ⁊ nō apprehendūt rem sicut est in sua quantitate: vt patet in denario posito in aqua: qui maior apparet propter similem disgregationem radiorum: q̄ sit in sua naturali quantitate. exemplum hic.

Athlas.



¶ Sphere moralitas. Cap. 4.

Phera celi est superficies et rotunditas eiusdem: que inter duos polos voluitur incessanter: et sphera est figura perfectissima: tum propter rotunditatem eius: que caret principio et fine: tum propter eius capacitatem: tum etiam propter eius vniformitatem: quia equaliter a centro distat. Est etiam figura velocissima: quia nulla est figura ad motum aptior quam rotunda. Talis est deus. Primo quia caret principio et fine: propter suam eternitatem. Unde Athanasius. Eternus pater: eternus filius: eternus spiritus sanctus: et tamen non tres eterni: sed vnus eternus. Item quia equaliter se habet ad centrum. i. ad omnem hominem propter amoris equalitatem: quia diligit omnia que sunt: et nihil odit eorum que facit. diligit homines: quia ad sui imaginem omnes creauit: conseruat omnes rediniit: omnibus regnum preparauit eternum (quantum est ex se) qui vult omnes homines saluos fieri. Item omnium capacissimus: omnia continet per suam vniuersitatem. Unde Hermes trimegistus. Deus est sphera intellectualis: cuius centrum vbique est circumferentia nusquam. Uel sphera est vir perfectus: qui inter duos polos. i. inter natiuitatem et mortem: continuis motibus tribulationis et mutationibus est subiectus: modo sanus: modo infirmus: modo tristis: modo letus. Iste est capax per charitatem: quia omnes diligit tam amicos quam inimicos propter deum. Uniformis per equitatem: nulli nocet: omnibus prodest quantum potest. A centro. i. a mundo elongatus per voluntariam paupertatem. Mobilis per obedientie agilitatem illud inquiens. Domine quid me vis facere: vel per bonorum operum multitudinem. Unde Greg. Amor dei nunquam est ociosus operatur. n. magna: si amor est: si autem operari negligit amor dei non est. Et beatus Hierony. Semper aliquid boni facito. Per celum ergo sphericum et continue motum inter duos polos: representatur nobis quilibet vir iustus maxime propter quinque. ¶ Primo quo ad substantiam. Nam celum habet in substantia simplicitatem: quia non est ex contrarijs. Unde nullam habet contrarietatem. Et si. n. ponatur communiter ex materia et forma compositum: talis tamen materia tota est subiecta sue forme: et sic non potest corrumpi: quia non habet formam contrariam vincentem secundum Sco. vbi supra. Et ideo in celo non est discordia sicut Empedocles dixit: sed solum concordia. Similiter viri iusti in se: contrarietatem non habent: quia licet in eis sit materia et forma. i. caro et spiritus: tamen ipsam carnem subijciunt spiritui. secundum illud Apost. 1. Cor. 9. Ego castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Nec etiam cum alijs habent discordiam: sed omnimodam quantum possunt tam in se: quam cum alijs (diuina fauente gratia) concordiam habere nituntur. Job. 25. fecit concordiam in sublimibus suis. Et Luc. 19. Pax in celo. i. in homine celesti et sancto: et gloria in excelsis. i. in beatis. Item celum habet in sua substantia immutabilitatem: quia in celo non est generatio nec corruptio: nec in toto nec in parte. Et hoc competit specialiter virginibus et illis viris sanctis qui continenter viuunt: qui nec carne per luxuriam: nec spiritu per aliquam mortalem culpam corrumpuntur: nec est in eis generatio carnalium filiorum. Et licet celum in se: non sit generabile nec corruptibile. in inferioribus tamen est generationis et corruptionis principium effectiuum et regulatiuum. Quod quibusdam viris sanctis aliqualiter competit: quia licet ipsi per se generationi filiorum carnalium vel matrimonio non intendant:

Athana.

Hermes

Grego.

Hiero.

Sco.

Paul.

Job.

Luc.

tamen circa bo calios fideles monēt ⁊ ordināt. Sicut patet de Aplo Pau
lo. Qui lȝ ipse in se esset virgo: aliis tamē dicebat. I. Cor. 7. Uxori vir de
Paul. bitum reddat: similiter ⁊ vxor viro. Et iterū. I. Timo. 5. Uolo autē iunio
res nubere ⁊ filios procreare ⁊c. Non. n. sancti viri etiam continentes: ma
trimonium dānant in aliis: sed approbāt ⁊ cōmendant: licet munditiam
virginitatis preponāt nuptiis ⁊ matrimonio. Itē in celo nō est augumen
tum vel diminutio. Et viri iusti ad hoc sūme student: vt non eueniat in eis
2 vel augumentū culpe: vel diminutio gratie. ¶ Secūdo per celi circularita
tem representant viri iusti. Nam figura sphęrica est capacissima: q̄ vndiq̄
equaliter cōcaua: ⁊ iō valde competit celo: qđ est omniū corpoꝝ ꝯtentiuū.
virgo Maria fuit incomprehensibilis. Ipsa namq3 concepit filiũ dei absq3 sui violatione: imo post partũ virgo remanẽs: sicut fuerat ante. Quomodo autem hoc esse potuerit: capere non valet noster intellectus. vtrũq3.n. est incomprehẽsibile humana ratione ac via nature: sed nõ est impossibile apud deũ omne verbũ. Hieron. Ideo Hierony. in epistola ad Paulam & Eustochiũ: de Assumptione Virginis ait. Qd natura nõ habuit: vsus nesciuit: ignorauit ratio: mens non capit 6
humana: hoc totũ gestũ est in Maria: igit sicut sol est incomprehensibilis. Sexto sol est vtilis & fructuosus: virtute.n. solis omnia virentia sumunt augmentũ & profectũ: blada omniaq3 legumina ac omnes alij fructus maturi efficiuntur. si.n. nõ esset sol: omnia essent acerba & imperfecta. Sic virgo Maria est vere sol fructuosus: qm ipsa mediãte omnes fructus nostri dulces efficiunt & maturi. i. mediante sua intercessione omnia opera nostra deo fiunt grata: deficiente Ber. aũt ea: sunt acerba nec deo accepta. Unde Ber. ait. modicũ id quod offerre desideras gratissimis illis & omni acceptatione dignissimis Marie manibus cura Idem. tradere si nõ vis repulsam sustinere: q2 vt idem Bernar. Nulla gratia venit de Idem. celo ad terram nisi transeat p manus Marie. Et etiam idem Ber. in Sermone de Natiuitate virginis. Redempturus deus humanũ genus preciũ vniuersum contulit in Maria. Intuemini igit q̃to deuotionis affectu eam a nobis voluit honorari: q totius boni plenitudinẽ posuit in Maria: vt si qd spei in nobis est: si qd grẽ: si quid salutis: ab ea nouerimus redundare. ille. Nõ: q2 ipsa est distri Idem. butrix thesauri misericordie dei etiam Ber. ait. Nihil nos deus habere voluit qd Marie manibus nõ transierit. Ideo ecclesia in fine quasi omniũ horarum inuocat eam dicens. Salue regina &c. ipsam deprecans: vt apud filiũ opa nostra
faciat vel intercedat grata esse & accepta. ¶ Septimo Sol est generalis & vni- 7
uersalis. Sol.n. indifferenter orit super bonos & malos: & tam istos q̃ illos ca Math. lefacit & pluit sup iustos & iniustos: vt dicitur Math.5. Sic beata virgo Maria est vniuersalis aduocata non solum iustorum: sed etiam peccatorum. Un Ber. de Bernar. Quemadmodum Sol oritur super bonos & malos indifferenter. Sic Maria preterita non discernere merita se se exorabilem omnibus clemen Idem. tissima prebet: omniũ deniq3 necessitatibus amplissimo miseretur affectu. Idẽq3 ait. Peccatorem o Maria quẽlibet fetidum non horres: non despicis: si ad te suspirauit tuũq3 interuentum penitenti corde flagitauerint: tu illum a desperationis baratro pia manu retrahis: spei medicamen aspiras: ac toti mũdo despectum materno affectu amplecteris foues: nec desinis quousq3 tremendo iudici miserum reconcilies. Quantumcunq3 igitur quis peccauerit: ad Ma Idem. riam recurrat & remedium inueniet. Ideo iterum Bernar. ait. Si criminum immanitate turbatus es: si conscientie feditate confusus: si iudicij horrore perterritus: si baratro desperationis absortus. Mariam cogita: Mariam inuoca: non recedat a corde: non recedat ab ore. Nam ipsam cogitans non erras: ipsam rogans non desperas: ipsam sequens nõ deuias: ipsa tenente non corruis: ipsa ptegẽte nõ metuis: ipsa duce nõ fatigaris: ipsa ppitia peruenis. Et sic in temetipsum expiri poteris: q̃to merito sit nomẽ vginis Marie maris stelle: hec Ber. Sic igit btã virgo Maria vere põt dici Sol: q2 nobilis impmiscibilis: formosissima: luminosa: incõprehẽsibilis: vtilis & fructuosa: generalis & vniuersalis.



Veneris: Moralitas. Cap. 57.

Venus quintũ locũ tenet inter planetas: pp qđ figurã eius volo hic dſcri
bere loco quinto. Fingebat ergo Venus pulcherrima puella nuda ꝛ
in mari natãs: sua dextera conchã marinã continẽs atqꝫ gestans: q̃ ro⸗
sis erat ornata: a colũbis circũuolantibus comitata. Vulcano deo ignis rusti⸗
co turpissimo in cõiugiũ associata: ante tres iuuẽcule astabãt nude: q̃ tres gra
tie vocabant: quaꝝ duaꝝ facies ad nos cõuerse erant: vna vero in cõtrariũ ver
tebat cui Cupido filius suus ablatatus ꝛ cecus assistebat q sagitta ꝛ arcu sa⸗
gittabat: apollinẽ: pp qđ diis turbatis ad matris gremiũ puer timidus fugie
bat. Ista litteraliter ascribunt illi planete q Venus dr: q2.i. planeta ẽ feminee
cõplexionis: iõ in specie nude femine pingebat. Ista ẽt calida ẽ ꝛ hũida. Et iõ
Vulcano dr maritata ꝛ in mari exposita ꝛ imersa: vt sic calori ꝛ humori videat
esse cõiuncta: ꝛ iõ ista dr Cupidinẽ deũ amoris.i.carnis ꝯcupiscentiã pepisse
eo q2 caliditate ꝛ humiditate sua ista stella fert carnis ꝯcupiscẽtiã excitare. Ob
Fulgẽ. missa autem ista l'fali expositione. Istam Deam fm expositionẽ Fulgẽtij: pos
sum intelligere vitã voluptuosam vel luxuriosam: q̃.s. puella dr esse facta ꝑpter
istius incõstantiã variabilem. puella dr esse nuda pp ipsius indecentiã incessa
bilem: dicit in mare natare: q2 semp vult esse in delitiis: dr concham marinam:
cũ qua canit: in manu portare: q2 semp vult eẽ in cantib⁹ ꝛ delitiis seu letitiis.
Vere.n. voluptas luxurie est feminea: q2 non durat: est nuda: q2 eaꝫ hõ vix ce
lat: vixqꝫ põt esse qn appareat: semp ẽt in mari.i. in delitiaꝝ opulentia vult va
care: ꝛ semp p conchã inanis letitie vult gaudere. Venus.n. in mari genita fin
git eo q2 luxuria ab opulẽtia ꝛ delitiaꝝ fluxibus gñat: ideo quoddam meretri
ciũ loquit

tũ loquit̃ scriptura. Esa. 23. Trãsi terrã quasi flumen filia maris: ꝛ sequit̃ su= Esa.
me cytherã meretrix obliuioni tradita. Preterea ista dña luxuria vel voluptas
columbas. i. luxuriosos nutrit. rosas. i. flores ꝛ curiositates diligit. Cupidinẽ
i. carnis ꝯcupiscentiã ꝓducit: q̃ apollinẽ. i. viros iustos sagitta tẽtationũ q̃nq̃
vulnerat ꝛ trãsfigit: tres aũt puellas nudas. i. tres culpas manifestas solet Ve
nus seu luxuria secum habere. s. auaritiã qua nos rapiat: carnalitatẽ qua nos
alliciat: infidelitatẽ qua nos eijciat. Constat ꝙ carnalitas male ꝛ luxuriose pso
ne nos diligit rõne voluptatis: auaritia rõe lucri ꝛ cupiditatis: ꝛ iste sunt due
quarum ad nos sunt conuerse facies: ifidelitas aũt nos eijcit ꝛ faciẽ a nobis auertit
ratione nostre paupertatis. ¶ Vel dic ꝙ Cupido filius Veneris ẽ amor carna
lis: filius voluptatis: q: vere alatus pingit̃ eo ꝙ talis amor volare ꝛ subito se in
ferre videt̃. cõstat. n. ꝙ hõ q̃nq̃ subito ꝛ sine deliberatione amore alicuius pso
ne solet inflãmari: ꝛ iõ Amor ille allatus ꝛ volatilis põt dici. Cecus tñ ille deus
pingit̃: q: vbi se igerit auertere nõ videt̃: q: amor ille se solet ponere in pauperẽ
sicut in diuitẽ: in turpẽ sicut in pulchrũ: in religiosum sicut in laicũ. Cecus etiã
aliter põt dici: q: p ipm solẽt hoies excecari. nil. n. cecius hoie inflãmato malo
amore vel psone vel alicuius alterius rei. Breuiter ḡ Poete voluerunt deos ce
cos depingere. s. Cupidinẽ ꝛ Fortunã: q: s. Cupido. i. Amor (vt dictum est)
ita est cecus ꝙ aliq̃n nitit̃ ad impossibile: sicut patuit in Narcisso qui vmbrã pro
priã vsq̃ ad mortẽ amauit: sicut ẽt quotidie videmus ꝙ vna vilis psona ama=
uit aliquã nobilissimã vel ecõuerso. Fortuna ẽt sic ceca est ꝙ q̃nq̃ subito ꝓmo=
uet indignos: ꝛ q̃nq̃ deprimit valde dignos. Vel dic ꝙ tres Domicelle q̃ Ve
neri assistunt: sunt tria pctã q̃ rem ꝓprietatẽ vel voluptatem frequentant. s. lu=
xuria: auaritia: ꝛ supbia. Due. n. prime se vertunt ad nos. s. luxuria vt delecte=
tur: auaritia vt ditet̃. Supbia vero ab alijs auertit faciem: inquantũ. s. vniuer
sos contẽnit: ꝛ eos respicere nõ dignat̃. Vel dic ꝙ iste tres puelle sunt tres vir
tutes theologice. s. fides: spes: charitas: quarum due. s. fides ꝛ spes bene se vertũt
ad nos: q: vt cõiter bene credimus ꝛ speramus. Sed charitas faciem suã a no=
bis auertit: inquantum sicut tenemur deum aut proximum non amamus.

¶ De Veneris motu. Cap. 58.

Celum Veneris est: in quo sola Venus rotat̃: ꝛ in sup̃ficie concaua celi
solaris continet̃. Insup ꝛ in orbes pticulares (quẽadmodũ Saturni:
Iouis aut Martis celũ) partit̃. Circũfert̃ aũt hoc celũ totũ: vt p̃dicti in
24. horis semel ab oriẽte p occidẽtẽ in orientẽ redeundo p primi mobilis mo=
tum. Sed orbes eius augem deferentes super axe ꝛ polis zodiaci ad motum
octaue sphere circũducunt̃: sicut in alijs supra visum est. Orbis vero epicicli hu
ius deferẽs duplici mouetur motu: vno quidẽ ab occidẽte versus oriẽtẽ: q ẽ
in longitud'nẽ super centro equantis. Eodẽ aũt tpe vnã cõplet reuolutionem
centrũ epicicli: Veneris ꝛ Solis deferẽs. Alio vero motu mouet̃ in lõgitudi=
nẽ declinãdo. s. ab eclyptica: ꝛ medietas in qua epiciclus est: semp versus Aglo
nem: reliqua aũt versus austrũ relinquit̃. Aut tñ deferentis q̃nq̃ ad austrum:
q̃nq̃ ad Aglonẽ declinat. Hic motus fit sup polis ꝓprijs: q sunt in intersectio
nibus deferentis ꝛ equantis. Hic motus d̃ uiationis dici solet: ꝛ est minutorum
decẽ: in Mercurio aũt minutorum. 45. cũ cẽtrum epicicli est in auge vel in oppo=

sito deferentis. Na ã in intersectionibus dictis est nulla: in locis aũt itermediis
crescit ⁊ decrescit. Verũtamen nec hic motus: nec his que declinationis vel in=
clinationis dicunt: sensibilem motui longitudinis errorem faciunt: vt colligit
libro. 13. Almagesti. Quapropter polos sup quibus primus deferentis motus
fit: a polis zodiaci recedere rursusq̃ ad eosdem accedere necesse est. Ob id non
nullis visum est vnũ alium orbem pdictos omnes includentem: ⁊ mundo con=
centricum ponere: ad cuius trepidationis motum he deuiationes fierent. Epi
ciclus aũt Veneris (sicut ⁊ dictoꝝ) in longitudinem mouet̃ s̃m successionem
signoꝝ: ⁊ in decem ⁊ nouem mensibus solaribus fere semel reuoluit̃. In latitu
dinem vero mouet̃ motu duplici: vno quidem: vt epicicli predictoꝝ: quo vna
epicicli medietas versus austrũ: reliqua vero versus Aquilonem a deferẽte de
clinet. Ideo hic motus inclinationis dicitur: qr dyameter augis vere oppositi
epicicli a supficie deferẽtis declinat: ⁊ eam secat. Hec declinatio maxima est cir
ca nodos: vbi deferẽs ⁊ equans se intersecãt: ⁊ nulla in auge vel opposito equã
tis. Unde centro epicicli ab auge equantis recedente vsq̃ ad oppositũ eius:
aux epicicli versus Aquilonem declinare incipit: ⁊ oppositũ augis epicicli ver=
sus meridiẽ. Rursum centro epicicli ab opposito augis equantis recedẽte aux
epicicli versus meridiẽ: ⁊ oppositũ eius versus austrũ declinare incipit: donec
centrum epicicli ad augem equãtis venerit. Oppositũ fit in Mercurio. Ex his
pꝫ q̃ cum declinatio deferentis est maxima: epicicli declinatio est nulla: ⁊ econ=
trario. Reliquo vero motu (qui reflectionis dr̃) sup axe p epicicli augem ⁊ op
positum trãseunte reflectit̃: ita vt pars epicicli dextera versus austrum: sinistra
aũt versus Aquilonem a supficie deferentis moueat̃. Dexteram dico: que post
augem epicicli est s̃m signoꝝ successionem. Reflectio hec nulla est centro epici=
cli existente circa dictos intersectionis nodos deferentis ⁊ equãtis: ipso vero re
cedente ab ea intersectione que caput dr̃: versus augem pars sinistra siue orien
talis in Venere ad Aquilonem: in Mercurio ad austrum reflectit̃: recedente
autem centro epicicli a Cauda versus oppositum augis equantis: dicta medie
tas in Venere ad austrum ⁊ in Mercurio ad Aquilonem reflectitur. Ex dictis
collige quadruplicẽ epicicli motũ. Primus quo mouet̃ in longitudine ab occi
dente versus orientẽ: portans in parte superiori planetã directe ab occidẽte ad
orientem secundum signoꝝ successionem. s. de Ariete in Taurum: de Tauro
in Geminos ⁊ sic de alijs. In inferiori autem parte retrograde ipsum planetã
ab oriente versus occidentem: contra successionem signoꝝ deferens. Secũdus:
quo ad deuiationem deferentis in latitudinem nunc ab eclyptica nunc ad eam
declinat. Tertius: quo per se a superficie plana deferentis planetã versus ecly=
pticam: aut ad eandem inclinat. Quartus quo pars orientalis nunc ad austrũ
nunc ad Aquilonem reflectitur. Sed de huiusmodi alia multa patent in theo
rica planetarum. Verũtamen quadripartitus hic epicicli motus tantũ in Ve
nere ⁊ Mercurio reperitur. Nam in Saturno: Ioue ⁊ Marte: epiciclus duas
tantũmodo habet: latitudinem vnam que per excentricum ab eclyptica distat:
alteram qua superficies plana epicicli a superficie plana deferentis quandoq̃
declinat. In Luna autem dũtaxat latitudo prima: que est per deferentem: in=
uenitur. Nam superficies plana epicicli ipsius a deferente nunq̃ declinat. Et

ad saluandos



ad saluandos t'mos motus: q3 dam paruos circulos epiciclum includentes imaginant ad quorum motus he longi varietates tus contingunt. do Venus: q me & Lucifer: dia dum Sole3 antecedit: & bespus cum occidente Solem sequitur: oia 30 Zodiaci signa lo fere ad motum solis percurrit. Et est vna de triginta septem partibus terre. Concauumq3 Veneris distat a centro terre millia ribus. 542750.

Veneris natura. Cap. 59.

Enus q & Lucifer dr e planeta s3 Misabel beniuolus: feminine: nocturnus i suis qlitatib'. i. i calore & huiore tpat'. Hic planeta excedit solus 30 diaci i duab' ptib': vt dicit Beda: & e dict' Venus: q2 sua qlitate calida vel huida dr Venerei huoris vel amoris excitatiuus: s3 Jsido. q2 comitat solem vel pcedit: si pcedit tuc dr Lucifer: si seqt: tuc dr vesp vel bespus: vt dic Beda. Colore b3 candete & refulgete: electro sile3: vt dicit Martia. Inter oia. n. sydera gaudeti' fulget: vn & iubar dr eo q iubar radiosi luminis a se emittit: pp qd vmbra facit. Vn aura multu e serena die & solis ortu i mediate anuciat & pcedit. Vn e i eode signo cu sole a claritate solis absort': sic tuc tpis no ondit. Vn Ven' e altior Mercurio tuc e illo segnior mot' ei': & econuerso cu e inferior: tuc e celerior: vt dicit Macro. In trib' semitonijs soli occurrit & malitia repmit: vt dicit Ptbol. Ex pte corpis dispoit ad pulchritudine & ad voluptates i tactu: i ol factu i gustu: & i cantu. Vn facit ee catores & musicoru amatores: & specieru pfectores: aurifices & vestiu muliebriu scissores: vt dicit Misabel. Et dicit Ptbol. Sub Venere ingt sit libra & taur' & sit ei' dom': & regnat i piscib': & i vgine dr sit regnu ei'. Sub ipo ptinet via & amor & amicitia & pegrin': & signat lucru & gaudiu: & e vidic': & morat i quolibet signo. 29. diebus & cplet cursu suu i. 368.

Misa.
Beda.
Jsido.
Beda.
Martia.
Macro.
Ptbol.
Misabel
Ptbol.

¶ Veneris: Moralitas. Cap. 60.

Enus qui ꝛ Lucifer dr̃: est planeta beniuolus: femineus: nocturnus: sp cõcomitãs solẽ: vel p̃cedẽdo ꝛ sic dr̃ Lucifer: vel subsequẽdo ꝛ sic dr̃ vesper. hic p̄ ceteris gaudẽtius fulget: idõ dr̃ iubar: pp radiositatẽ: die ꝛ solis ortũ imediate annũciat: ꝛ p̃cedit. hic excedit zodiacũ in duabus ptibus: hic facit suos cantores: musicoꝝ amatores. hic facit suos pigmẽtarios ꝛ aurifices. Talis ẽ btã virgo: q̃ fuit serena p pietatẽ: beniuola p benignitatẽ: nocturna p hũilitatẽ: radiãs p honestatẽ. Solẽ. i. xp̃m semp cõcomitãs p incarnationis societatẽ: ipm p̃cedẽs p maternitatẽ: ipm sequẽs p filialitatẽ: ꝛ virginitatẽ: ꝛ ẽt qꝛ post ipm remãsit i mũdo. Ista ẽt zodiacũ. i. cõditiones nr̃e nostre excessit in duobus. s. in hoc ꝙ Virgo peperit: ꝛ i hoc ꝙ in creatura creatorẽ portauit: vel in hoc ꝙ inuiolata pmãsit: ꝛ in hoc ꝙ sup angelos ascẽdit: qꝛ exaltata est super
Esa choros angeloꝝ ad celestia regna: vñ iam de ea põt dici illõ Esa. 14. Lucifer mane oriebaris: ꝛ dixisti: ascẽdã in celũ: sup astra celi exaltabo soliũ meũ: similis ero altissimo. Ista ẽt facit suos. s. sibi subditos ꝛ deuotos: cantatores p grãꝝ actionẽ: pigmẽtarios p future cõsolationis cõtẽplationẽ. Vel expone si vis de viro pfecto: q. s. in duab⁹ sui ptibus. s. q̃tũ ad affectũ ꝛ intellectũ zodiacũ. i. ambitũ nr̃e hũane excedit. s. q̃tũ ad cognoscendũ ꝛ meditandũ supcelestia eleuat intel
Paul. lectũ: ꝛ ad diligẽdũ visibilia dilatat affectũ. 2. Cor. 5. Siue mẽte excedimus: siue sobrij simus: charitas xp̃i viget in nobis. Iste ẽt solẽ iusticie xp̃m sp p grãm
Idem. comitat. Rom. 8. Quis nos sepabit a charitate xp̃i. ipmqꝫ q̃nqꝫ p̃cedit desiderando: q̃nqꝫ sequit̃ imitãdo. Math. 8. Magr̃ sequar te quocũqꝫ ieris: vel ẽt ipsum p̃cedit ꝛ annũciat p̄dicãdo: ipmqꝫ sequit̃ obediẽdo. Iste dr̃ p̄ ceteris gau
Actuū dentius fulgere q̃tũ ad vultus hylarẽ trãquillitatẽ. Act. 7. Intuebant̃ vultū eius tanq̃ vultũ angeli stantis inter illos. Alios facit p diuine laudis: quam in eis excitat: iocũditatẽ hr̃e. Candidus est p castitatẽ: fulgidus vel fulgẽs p sciẽ luminositatẽ: feruẽs p pietatẽ: nocturn⁹ p hũilitatẽ: ꝛ sic merito dr̃ iubar seu Lucifer pp exẽplaris radiationis radiositatẽ. Iste ẽ ergo Lucifer in tpe suo: ꝛ vespeꝝ sup filios terre oriri facit. Scd̃m Ptol. sub Venere sunt Libra ꝛ Taurus: ꝛ sũt domus ei⁹: ꝛ regnat in Piscib⁹: sꝫ in Virgine regnũ pdit. Sic ꝛ Libra. i. diuites q pecunias librãt ꝛ Tauri. i. potẽtes qui terrã gubernãt sũnt sub Venere: qꝛ Veneri ꝛ luxurie famulant̃: i piscib⁹. i. in diuitijs regnãt: sꝫ vere in v̄gine Maria. s. ꝛ i alijs v̄ginib⁹ pdit regnũ suũ: qꝛ luxuria nũq̃ hũit i btã v̄gi
Paul. ne aliq̃ ptãtẽ. iuxta illõ Roma. 6. Nõ regnet pctm̃ i vestro mortali corpe: ꝛ ne obediatis ꝯcupiscẽtijs ei⁹. Ven⁹ ĝ põt ẽt dici amor carnalis q di põit ad pulchritudinẽ corpis: sensuũ voluptates acqrit siue tactuũ siue odoꝝ: siue ciboꝝ siue cantionũ: ornamẽta ꝛ mulieres appetit. Aliq̃n ẽt viros iustos q d̄signãt i libra pp eq̃litatẽ iusticie: qꝛ i libra sol existẽs facit equinoctiũ: ꝛ viros fortes: qui designantur in Tauro: aggredit̃ ꝛ inficit. Regnat aũt maxie in piscib⁹. i. in hoibus sub aquis deliciaꝝ viuentibus: sed in virginibus. i. in cõtinẽtib⁹ deficit vigor eius.

¶ De Venere ꝛ Mercurio: Moralitas. Cap. 61.

Q5. Vestio fit i astrologia. Quar̃ Ven⁹ ꝛ Mercuri⁹ cũ sint iferiores sole: cur
Alfrag. q rũt tñ tm̃ q̃tũ sol currit? Rñdet̃ ꝙ hᵒ accidit: qꝛ vt dic̃ Alfra. ñ multũ distãt a sole respectiue. Nã cẽtrũ epicicloꝝ coꝝ sp ẽ cũ cẽtro solis: ꝛ iõ q̃tũcũqꝫ rotantur

tenſ per epiciclũ:tñ cẽtrũ corũ nunꝙ̃ recedit a Sole: ꝛ ideo parũ elongantur a Sole. Sol autẽ eſt xp̃s. Boetius. 4. de cõſola. Quẽ qꝛ reſpicit oĩa ſolus: ve- Boeti⁹.
rum poſſis dicere Solẽ. Jdeo.n. vocat eũ Solẽ:qꝛ Solus reſpicit oĩa: ꝑ quo nota ꝙ oẽ lumen eſt a Sole:ꝛ ꝓpterea Sol fuit poſitus in medio planetarũ tres habẽs ſupra:ꝛ tres infra: vt dicit Ptholo. in Almageſt. Sic ſe habuit de Ptholo.
xp̃o q eſt media pſona in trinitate:cui attribuiť ꝙ ſit verbũ: lino ſm verã opi- nionẽ:verbũ nõ eſt attributũ ſed perſonale. Pro quo ẽt nota ꝙ vt dicit Dio- Diony.
niſius de angelica hierarchia. Angeli inferiores illuminanť a ſuperioribus. Omnis.n.cognitio intellectualis eſt per lumen: lumẽ autẽ ſuperioris angeli confortat lumen inferioris:ꝛ ſic aſcendendo vſqꝫ ad verbũ diuinuꝫ: qꝺ eſt lux vera cõfortans alia lumina:ꝛ per conſequens oſtẽdenſ eis que alias nõ vidẽt: Et ideo qꝛ diuinũ verbũ eſt lux perfectiſſima perficiens ꝛ confortans alia lumi na:ſicut lumen Solis illuminat corpora lucentia: ꝛ perfecte cognoſcit in hoc lumine oĩa:iõ dr̃ Sol:dicit ergo. Quem qꝛ reſpicit. ꝛc. Boni autẽ ꝛ iuſti viri ſunt ſicut planete inferiores q nõ diſtant a Sole. Uere boni ꝛ iuſti ꝙ̃tũcunqꝫ rotentur in epiciclis per reuolutiones huius pñſentis vite: centruꝫ tñ corũ.ſ. cor nũꝙ̃ a Sole.ſ.a deo recedit. vñ Pſal. Nõ receſſit retro cor nr̃m nec declina ſti ſemitas noſtras a via tua. Et vere qñ cor eſt inmobile ꝛ a deo nõ recedit: oẽs reuolutiones h⁹ vite ordinate vadũt. iuxta illꝺ Roma. Diligentibus deũ oĩa Paul.
cooperantur in bonuꝫ. Hec.n.aſſignatur cã quare ordinanť reuolutiones ce leſtes:qꝛ.ſ.centrũ ꝛ poli ſunt ſtabiles:qꝛ omne quod mouetur reduciť ad quie tem vel ad quieſcens. Tales igitur ſtabiles ꝛ firmi cũ xp̃o aſcendent ad regnã dum cũ eo in celo:qꝛ regnũ ſuũ non eſt de hoc mundo. Joan. Regnum meum Joan.
non eſt de hoc mundo. Surgat igitur cor noſtrum ab hoc mundo ꝛ eleuetur Phũs.
ad xp̃m. Ponatur illud primo celi. Quare oẽs eleuant manus ad celum cum Qõ.
orãt? Rñ.qꝛ mens ꝛ cor noſtruꝫ nãliter fertur in celum tãꝙ̃ illic ſit deus. Al- Albert⁹.
bertus. 12. de animalibus. Querit. Quare cor noſtrũ eſt figure pineali ſeu pi Qõ.
ramidalis? Rñ.ꝙ ignis in mã aliena cũ vult ire ad locũ ſuũ: fit illius figure pi nealis:vt pꝫ in igne candele ꝛ lampadis ꝛ hmõi. Naturaliter igitur cor tendit ſurſum. Et ideo ſi ſequatur naturalẽ inclinationẽ requieſcet cũ xp̃o ꝛ regnabit cuꝫ eo. Figura huius. 4. Regũ. x. vbi dr̃: ꝙ Hieu Rex Jſrael dixit Jonadab. Regũ.
Eſt cor tuũ rectũ cõtra me? ꝛ ille reſpondit: eſt. Tũc ille leuauit eũ in currũ ꝛ duxit ſecũ. Hieu interpretatur parcens. Ecce xp̃s q nobis parcit. Jonadab in terpretatur ſpõtaneus:qꝛ ſponte ꝛ volũtarie tendere debemus in xp̃m: vt cuꝫ eo regnemus. Cuius tñ oppoſitũ facimus: ꝛ ideo de nobis conqueritur deus dicẽs.illꝺ Eſaye. Populus hic labijs me honorat:cor autẽ eoꝝ longe eſt a me: Eſaye.
ꝛ ideo tales non perueniunt ad regnũ xp̃i:qꝺ eſt vita:ꝛ nõ ſolũ vita ſꝫ eterna. Diuiſum eſt.n.cor eorũ nunc ꝛ iõ peribũt. Phs li. de aĩalibus querit. Quare Phũs.
quedã aĩalia anuloſa deciſa viuũt? Reſpondet:qꝛ habẽt duplex principiũ pro Qõ.
portionale cordi:ꝛ qñ diuidiť licet viuãt:parũ tñ durat vita eoꝝ. Sic cor pctõ ris eſt diuiſuꝫ:qꝛ ſyndereſis ſp remurmurat ꝛ nũꝙ̃ extinguiť. Uñ Eſa. Uer- Eſaye.
mis eoꝝ nõ moriet:ꝛ iõ perdent vitã ꝛ regnũ. Et iõ bene dicit xp̃s. Regnum meũ nõ eſt de hoc mũdo. Sed qui faciũt voluntatẽ dei nõ ſunt de hoc mũdo: qꝛ non poteſtis deo ſeruire ꝛ mãmone:ergo ſunt de regno dei. Uñ Math. 7. Mathei.

exercituũ corona glorie. Pro cuius intelligentia nota ꝙ Aratbus poeta antiquus grecoꝝ tradidit doctrinã suã sub fabulis more poetarũ. Ubi ponit cãm. Quare ille noue stelle in signo Scorpionis: q̃ dicunt corona septentrionalis: sunt ibi posite? Et dicit: ꝙ qñ Theseus fuit in laberinto: vbi pugnauit cũ Minotauro quẽ interfecit: fuit sibi a Uulcano tradita corona ex auro ⁊ gẽmis ꝑ quas Theseus exiuit de tenebris laberinti. s. carũ luce. Hãc autẽ coronã dicit in sydera collocatã. Ueritas autẽ istius est ꝙ laberintus plenus multis anfractibus est iste mundus: vbi sunt Minotauri semihoĩes ⁊ semifere. s. tyrãni. Et ĩõ q in hoc mũdo fortes virtutibus coronati eos vicerunt: ⁊ sic egressi de tenebris vite presentis virtutũ luce ducente: tales in celo habẽt coronã glorie. Hoc autẽ verificatũ fuit in Martyribus. Et ĩõ mõ habẽt coronã seu aureolã: q̃ cõsistit in visione diuina: quare etiã antiquitus triũphantibus corona dabatur. Albertus libro de aĩalibus: querit. Quare Leones post quinquenniũ habent coronã ⁊ nõ ante? Rñdet ꝙ corona coꝝ sunt pili qui fiunt ex calore cordis: expellentis superfluitates terrestres a capite: sed ante quinquenniũ nõ hẽt Leo nisi calorẽ in corde: nec ẽt est audax. Sic qui nõ hẽt calorẽ cordis. i. amorẽ dei nõ coronabit: sed q feruens ⁊ firmus in amore dei in hoc mundo: coronabitur in celo: hoc põt applicari pro vna Uirgine a deo in celis coronata. Bene igitur dicit Esaye. In die illa erit dñs exercituũ corona glorie. i. xp̃s q fuit dñs exercituũ: est ⁊ fuit corona cuiuslibet aĩe fidelis: ⁊ ideo cuilibet tali anime iuste ⁊ sancte seu deuote: ait ipse Christus illud Canti. 8. Ueni de libano sponsa veni coronaberis. In qua auctoritate nomine sponse denotatur primo fortitudo inuiolata: ibi sponsa secundo rectitudo conseruata: ibi de libano: qui interpretatur candor: tertio pulchritudo premiata: ibi coronaberis. Circa primũ tantũ pro nunc nota: ꝙ sponsa ⁊ sponsus dicitur a spõdere: quod est promittere. Inter alia autem principalia que promittunt sponsi ⁊ sponse: est firma fides seu fidelitas. Matrimonium enim quod fit vnius ad alterum: est de iure naturali. Et propterea dicitur Genesi. Erunt duo in carne vna: precipue autem in matrimonio requiritur fidelitas: quia cum proles indigeat toto tempore vite sue auxilio a parentibus: ideo matrimonium durat tempore vite. Fidelitas autem matrimonij debet esse vt sit proles sua. Sic se habet de Christo ⁊ de anima nostra. Unde filij anime sunt bone operationes quas concipit ex amore Christi. Ad hos filios se spopondit anima in baptismo quando dixit: abrenũcio Sathane ⁊ omnibus pompis eius: hos autem filios nõ posset nutrire nisi seruaret fidelitatem sponso. Et ideo deus per Prophetas reprehendebat iudeos quando ab eo recedebant tãꝗ fornicatores vel fornicarios: quia sicut fornicarius propriam relinquit sponsam propter aliam: sic ipsi relinquebant deũ propter deos alienos. Et ideo illa anima erit vere sponsa Christi que sibi immobiliter fidelitatẽ seruabit. Et sic erit Uenus: cum Marte. i. cum turbatione ⁊ prelio huius vite vel cũ Mercurio. s. cum mutatione varia temporalium ⁊ corporalium: sed quoniam non est in descensu. i. quia nõ descendit ad terrena ponendo ibi amorem: sed est in ascensu. i. qñ tota eius spes est sursuꝫ in xp̃o deo: ĩõ nõ est fornicata cũ diabolo: sed fidelis sponsa xp̃i: coronabitur igitur corona glorie. Et hec q̃ dicta sũt: pñt applicari ꝓ vna Uirgine a xp̃o in celis coronata:

Aratb⁹. Qõ.

Albert⁹ Qõ.

Canti.

Genesi.

que fuit fidelis xpo spōso: et constās et fortis in aduersis tollerādis. Possent et pdicta de firmitate seu fortitudine applicari sctis martyrib⁹: q fortes et pstātes in tormētis a xpo coronari meruerūt in celis. Vn̄ pcipue de.s. Stephano dr
Actuū. in Acti. Aplo℞. Stephanus aūt plenus grā et fortitudine: faciebat pdigia et si
gna magna in populo. Ubi nota q fortitudo q̄ in aīa: transfert a fortitudine q̄
Qō. est in corpe. Et nō sine cā. Vn̄ sup pmo de aīalib⁹. fit qō. Quare in eadē specie q̄dā aīalia sūt alijs fortiora: cū tn̄ eqlr pticipēt eādē spēz. Rndet: q fortitudo corpis est a neruis: musculis et cordis: musculi. n. sūt toti pleni neruis ex qbus postea fit corda ad trahēdū mēbra. Est aūt sciēdū q spūs q diffundit a corde p mēbra i hō differt a spū q diffūdit a cerebro. Nā q ē a corde ē mixt⁹ cū sanguine: et iō qz grossius est: currit p arterias q̄ vacue sūt et pforate: sz spūs: q ē a cerebro: ē subtilissimus ad modū lucis: iō nō est necessariū hēre receptaculū vacuū: sz currit p neruos ad modū lucis: vn̄ nerui sūt dyafani: qn̄ āt nerui bene obediūt cerebro et implent spū bene: tūc opz q aīal illud sit forte. Sic se hz suo mō de fortitudine aīe: tā de acqsita q̄ infusa. Vel dicat sicut infra. Ubi nota q vt dicit Phs. i. Ethy. In aīa nostra est quasi vnū regnū. Nam potentie aīe faciunt
Phūs. vnū regnū. Istius autē regni caput est ratio. In hoc autē regno: vt ipse ibi dicit: sunt duo modi ciuium: vz virtus cōcupiscibilis: et virtus irascibilis: et dicūtur esse sub dominio rōnis: vt sunt ciues sub rege: eo q libere sibi obediunt: vt .i. qn̄qz possint sibi rebellare. Solū autē ista duo genera ciuiū sunt in animali et non plura: qz ad hoc q animal regat sicut et ciuitas. Primo necessarium est q bene ordinetur in se ad cōseruationē interiorē: qd̄ fit in animali per concupiscibilem. Secūdo requirit vt resistat exterioribus nociuis: quod fit p irascibilem. Fuerunt autem inuente virtutes: vt isti ciues obediant capiti. s. rationi. Unde ex assuefactione multorū actuū virtuosorū cōcupiscibilis habet tēperātiā: que alio modo dicit fortitudo. Et Phūs. 3. Ethi. dicit. Per quā obedit in oībus rōni. Nā vere tm̄ cōcupiscit q̄tū dictat rō. Similiter i irascibili ponitur fortitudo: que est cōtra timorosa. Vn̄ in tm̄ dr hō fortis fortitudine acqsita: in q̄tū est plena potētia irascibilis virtute spūali vt moueat ſm q vult caput siue rō: vt. s. pp bonū rationis hō nulla timeat aduersa. Et eodē mō se hēt de fortitudine infusa: que differt ab acquisita: qz acquisita est ſz regulā rōnis. Infusa vero ſm regulā legis diuine: vt. s. nullū terribile timeatur qd̄ sit cōtra regulaz legis diuine. Vn̄ ad hoc q hō sit fortis et nihil timeat pati pro lege diuina: hoc non est nisi sit plenus grā spūs sancti. Et ideo martyres sancti xpi imitatores et a deo moti pleni gratia spūs sancti: hāc habuerūt fortitudinē vt pro premijs eternis: quecūqz mundi aspera sustinerent. Sed ille male esset fortis: qui inte
Phūs. rioribus passionibus resistere non posset. Vn̄ tales a Phō. lib. Ethicorū: dicūtur moles. Quicunqz igit sunt iusti qz sunt pleni grā spūs sancti: sunt fortes ad resistendū passionibus interioribus: et sunt fortes ad sustinendum aduersa
Gregor. pro xpo. Vn̄ Gregorius. 7. Moral. Iustorum quippe fortitudo est delectatio nē vite presentis extinguere: et huius mundi aspera pro eternis premijs tolle
Qō. rare. Fit autē questio. 4. Metheo. Quare quedā corpora possunt cōminui secundū oēm dimensionē: vt vitrū: quedā vero scinduntur solum secundū vnaz dimensionē: vt ligna secundū longitudinē: quedā vero nullo modo: vt ferruz:
vnde

Unde ergo accidit hoc? Rñdet quod oē qđ scindit est siccū: qđ inqȝtū hmōi: neqȝ scindi nec minui pōt: ꝛ iō scindit rōne partiū magis passibiliū. Et iō qñ in corpore sicco sūt pori vacui pleni. s. aere: opȝ quod fm illā partē scindat. Uñ corpora q̄ hñt hmōi poros fm oēm dimēsionē vt vitrū: cōminuunt: lignū vō scindit. Et qꝛ ferrū totū est plenū tā fȝ lōgitudinē q̄ ēt fm oēm dimēsionē: iō nec scindit nec minuit. Sic fuerūt viri sctī. s. sicut ferrū. Aliq. n. sūt q ꝗtū ad ꝯcupiscētias nō scindunt: sȝ sūt fortes: sȝ nō sunt fortes ad sustinēdū aduersa: qꝛ nō sūt pleni grā spūs sctī: sȝ si eēnt pleni sicut sctī: fortes essent vt ferrū. Figura huius Eccle. 46. vbi de Josue dr: fortis in bello Jesus naue: q̄ aūt fuerit eius fortitudo: dr libro Josue: vbi dicit: quod pmo pugnauit cū duab⁹ ciuitatib⁹. s. cū Jerico: ꝛ cū abi: sȝ aliqñ pugnauit cū vtralibet. Nā qñ voluit pugnare cū Jerico: ante in agro vidit hoīem cū gladio euaginato q sibi dixit quod erat princeps exercitus dñi. Unde dedit sibi ꝓ signo qualr debebat pugnare cū Hierico: qꝛ cū gladio ꝛ sic fecit nā oēs de Hierico īterfecit gladio. Sȝ abi q̄ īterfecerat filios Jirael: nō sic pugnauit. s. cū gladio: sȝ solū cū clipeo. Unde dixit sibi deus. Leua clipeū ꝯtra vrbē abi: ꝛ vicit ciuitatē. Josue interp̄tat saluat⁹ ecce sctī viri. Hierico interp̄tat Luna: q̄ mutat: ecce caro: abi aūt interp̄tat q̄stio vite: ecce tyrāni: ꝯtra quos pugnare debem⁹ cū clipeo patiētie: sicut cōtra carnē cū gladio fortitudinis cōcupiscētias refrenādo ꝛ extinguēdo: ꝛ sic erim⁹ victores. Sȝ i tēporib⁹ nrīs pauci sūt sic fortes quod pleni sint grā spūs sctī. Nec hodie q̄rit illa fortitudo: nec tales sic pleni grā spūs sctī reputant fortes: sȝ tm̄ pleni diuitijs dicūtur hodie esse fortes. Sed misera est talis fortitudo: ꝛ est sicut fortitudo catti. Nā Albertus. 22. de aīalib⁹: dicit: quod fortitudo ꝛ audacia catti seu murilegi est pp illos pilos aspos quos hȝ circa os: qb⁹ ablatis seu euulsis. vt ipse dicit: non venat. Et cā ē: qꝛ oīa aīalia feraliū dentiū: habēt illos tales pilos. Natura. n. mittit mām terrestrē ad dētes: sȝ qꝛ vita eoꝝ est ex dētib⁹: vt dētes essent bene acuti: nō oportuit ibi esse tm̄ cōcursum materie: ꝛ iō nā diuertit mām ad pilos illos grossos. Si aūt auferas pilos: mā nō diuertit: ꝛ dētes nō sunt acuti: ꝛ sic pdūt fortitudinē: ꝛ maxime catti. Talis est fortitudo diuitū: q̄ est ad cōminuēdū dētibus. Nā qñ pili diuitiarū sunt apud ipsos: tunc habēt dētes acutos ꝛ sunt audaces ac fortes cōtra maxime pauperes: sȝ si perdunt pilos: cessat eorū fortitudo. Figura huius Judicū. 16. vbi dr quod fortitudo Sanſonis erat i pilis: ꝛ pilos post modū pdidit ꝛ oculos. Sāson īterp̄tat Sol eoꝝ: ꝛ fortitudo Solis est i auge: eiusqȝ debilitas ē in opposito augis. Sic diuitū diuitie sunt eoꝝ Sol: q. s. diuites qñ sunt in auge. s. in sūmo diuitiaꝝ sunt fortes: sȝ qñ sunt i opposito. s. diuitijs priuati ꝛ in paupꝑtate: sunt debiles: ꝛ nō amplius audaces sicut erāt cū diuitijs abundarēt. Bene igit dicit Gregorius. Justorū fortitudo est delectationem vite presentis extinguere: ꝛ huius mundi aspera pro eternis premijs tollerare. Tales fuerunt sancti martires: ꝛ precipue beatus Stephanus: qꝛ ad ista duo se extendit sua fortitudo. Nā primo ad ꝯcupiscētias carnis refrenādas: ꝛ pp hoc factus fuit custos viduarū. Secundo cōtra terribilia. Et hoc totū fuit: qꝛ plenuȝ grā spūs sctī. Et hoc est qđ dicebat supra. Stephanus plenus gratia: ꝛc. Stephanus. n. interpretatur coronatus. Et vere Stephanus fuit merito coronatus. Unde ecclesia de xp̄i militibus: qui bene pro co

Ecc le.

Albert.

Judicū.

Gregor.

Apoc. pugnauerāt:accipiens illud Apoc.7.cantat ꝛ dicit. Isti sunt q venerūt ex magna tribulatiōe ꝛ lauerūt stellas suas in sanguine agni:mō coronant.i. Sācti q multas tribulatiōes ppessi sunt in hoc mundo:nūc in vita eterna coronant. Nā antiquitus duces ꝛ principes q p multas tribulatiōes vicerāt hostes:coronabant. Et nō sine cā. Corona.n.fuit inuenta p refrigerio capitis. Nā hoies in magnis calorib⁹: ne caput pcliitaret:qꝛ est porosū:ad dandū sibi refrigeriū: faciebāt sibi coronas de folijs arborū. Et iō corona fiebat in refrigeriū capitis in tāto picūlo. Uñ in signū refrigerij pncipū:q capita sunt:qñ euadūt magna picula:coronant. Sic est de sanctis q p xpo viriliter pugnauerūt. Pro quo nota qꝫ sup illo

Boeti⁹. Boetij.4.de cōsol. Herculē duri:ꝛc. Et sequit. Supata tellus sydera donat. Dicit expositor: qꝫ postqꝫ hercules tot labores sustinuit virtuose fuit positus in celo:ꝛ data est sibi corona nouē stellarū. Et propterea cōcludit ibi Boetius. Ite nūc fortes vbi celsa magni ducit:exēpli. Uia cur inertes terga nudatis supta tellus.ꝛc. Ubi dicit qꝫ ad exēplū Herculis fortes habebūt coronas in celo. Et nō sine cā posuerūt illas stellas esse coronas fortiū: q in magnis

Ptbole. piculis pp virtutes fuerūt. Nā Ptholomeus in quadripartito dicit:qꝫ lucidior inter stellas illas h3 duplicē cōplexionē.s. Martis ꝛ Ueneris. Ut autē ipse ibi dic:qñ vna stella est cōplexionis duorū planetarū:ꝛ qꝫ vnus illoꝝ planetarū iungit sibi:tūc sequit cōplexionē eius:ꝛ sic est de altero. Uñ qñ stella corone herculis iungit Marti:est de eius cōplexiōe. Similr qñ iungit Ueneri est de eius cōplexione. Uere sic est de pmio virtuosorū. Nā corona illa in hac

Phs. vita cōiungit Marti.i.plijs ꝛ turbatiōib⁹. Nā Phs.1.Ethi.posuit qꝫ in hac vita est aliqua felicitas que est operatio ꝫm virtutē in vitā pfectā. Et postea arguit:quō pōt esse felicitas in vita ista:vbi sunt tot calamitates: ꝛ quō poterunt hoies stare in actu virtutū? Et rñdet:sufficit qꝫ i tot calamitatib⁹ hēat actū patiētie. Et iō in hac vita corona est iuncta Marti ꝛ plijs cōtinuis. S3 in futuro

Martia. erit corona Ueneris. Uñ Martia.in lib.de coniugio Mercurij ꝛ Philologie dicit:qꝫ affuit Uenus q̄ hēbat coronā:vbi erāt oia gña delectationū. Talis ē

Esaye. corona future glorie. Esaye. Oculus nō vidit nec auris audiuit q̄ pparauit de⁹

Paul. diligētib⁹ se. Et Aposto. Thi.dicit. Bonū certamē certaui:cursum ɔsumaui: fidē seruaui:in reliquo reposita est mihi corona. Beatus āt Stephanus bene pugnauit ꝛ sustinuit afflictiones:merito igit dr Stephanus.i.coronatus: qꝛ a xpo est coronatus. Et q̄uis oēs martires q bene pugnauerūt p xpo:sint coronati:tñ maxime inter alios de iure Stephanus d3 dici coronatus. Artificialia.n.sumpserunt exordiū a nālibus:qꝛ ars imitat nām. Uidemus aūt qꝫ oia aialia coronant in capite: vt Galli: Pauones: Leones:ꝛc. Et iō coronas artificiales nos ponimus in capite. Et merito. Caput.n.est primū mēbrū qđ in natiuitate venit ad lucē. Uñ nō honoramus cor:cū tñ sit principale mēbrū: nec epar:sed caput:qꝛ primū mēbrū est qđ ad lucē venit. Primū autē mēbrū xpi:qđ venit ad lucē celestis glorie. Fuit beatus Stephanus:merito ergo in

Zachar. ter alios maxime dr coronatus. Figura huius Zachar.6.vbi dr. Quod deus dixit Zacharie qꝫ faceret coronas aureas:ꝛ vnā inter alias precipuā quā iponeret vni viro:cui nomē erat Oriens. Uñ sequit:ꝛ corone erunt eis q sustinent: applicatio est facilis:de sancto Stephano q fuit oriēs.i.primū qđ exiuit in lucē glorie

glorie. Et iã fuit dictus Stephanus. Et Actuũ.6. Elegerũt Stephanũ plenũ fide ꝛ spũ sctõ. Ex qb⁹ oib⁹ ꝯcludo ꝙ qlibet bonus vir ꝛ iustus lꝫ sit Venus cũ Marte.i.lꝫ corp⁹ suũ sit i multis tribulatiõib⁹ ꝛ aduersitatib⁹: vel cũ Mercurio.i.cũ multis mutationib⁹ ꝛ varietatib⁹ vite pñtis: sit tñ in ascẽsu.i.in firmitate cũ xp̃o: ꝛ fortitudine cõtra aduersa: vt sic cũ btõ Stephano i celis valeat coronari. Quid ãt sit eẽ i ascẽ.u vł i dscẽsu: seu i ascẽsiõe vł dscẽsiõe. vide.s.

¶ Mercurij Moralitas secundum poetas. Cap.63.

Uia Mercurius sicut ꝛ alij planete credebaꝛ ab antiqs esse de⁹: voluerũt igiꝛ depingere imaginẽ suã in hũc modũ. Erat.n. ipsius figura: fm Fulgẽtiũ ꝛ Rabanũ in lib.8. de nã rez: hõ q in capite ꝛ in talis hẽbat alas: i manu vo virgã q̃ virtutẽ hẽbat sõniferã ꝛ q̃ circũsepta erat serpẽtib⁹: ꝛ gladiũ curuũ: hẽbatq3 fistulã factã de calamo: ꝛ sibi ad os applicabat: galeriũ vero seu capellũ in capite portabat: corã ipso erat gallus sibi specialr ꝯsecratus. Et altera ãt pte erat Argus cuius caput plenũ est oculis q corã eo iacebat occisus. Iste ergo dicebaꝛ deus mercatoꝝ: deus furtoꝝ: ꝛ iõ Mercurius q̃si mercatoꝝ currus deus est: q ẽt q̃n volebat de viro in feminã: ꝛ de femina i masculũ se mutabat: de albis vero nigra ꝛ de nigris alba faciebat. Quidã ẽt vt Rabanus dicit: depingebãt eũ cũ capite canino. Un̄ Ouidius. Et tu latrator a nubis. Ratio litteralis põt esse: ꝙ Mercurius sit alatus eo ꝙ ista stella: q̃ Mercurius diciꝛ: citissime facit cursum suũ: ꝛ qꝛ iste planeta operaꝛ ad eloquentiam ad mercaturã ad furta: ideo fictus est habere virgã somniferã pro eo ꝙ eloquẽtia sopit ꝛ decipit oculatos: caninum caput hꝫ qꝺ ꝛ latratum eloquentie significat: hẽbat in capite galerium sicut mercator: ꝛ gallum q euigilat mercatores. Et hec de litterali intellectu ad pñs sufficiãt. Dicamus ergo ꝙ Mercurius iste põt significare quẽlibet bonum ecclesiasticum: ꝛ maxime iudicẽ vel prelatum: qui imprimis debet habere caput canis inq̃tum.s. custos gregis dñici ꝛ ouiũ subditoꝝ speculator puigil dꝫ esse sicut canis: q lupos.i. demones ꝛ tyrãnos latratu p̃dicationis ꝛ redargutionis deterreat: ꝛ dente punitionis mordeat. Et etiã inq̃tum debet esse fidelis dño suo ꝛ officium sibi creditum fideliter exercere: hic iã queriꝛ inter dispẽsatores vt fidelis qs inueniaꝛ. Iste ẽt in capite ꝛ i talis dꝫ esse alatus inq̃tum in principio ꝛ in fine semp debet alus cõtẽplationis esse superius eleuatus: cõtra illos qui bene sunt alati: ꝛ cõtẽplationis volatui dediti in capite iuuentutis: sed nõ in pedibus senectutis. Uel etiã p caput intelligiꝛ talium intẽtiões ꝛ p pedes ipsoꝝ affectio: qꝛ.s. itẽtio dꝫ hr̃e alas innocẽtie ꝛ iustitie: affectio vero dꝫ hr̃e alas tẽperãtie ꝛ prudẽtie. Esaye.6. Duabus alis velabat faciem suam: ꝛ duabus velabat pedes suos. Iste dicitur habere virgam gladium fistulam ꝛ gallum: qꝛ ad bonum superiorem vel mercurialem pertinet hr̃e virgam prudentie ad alios regendum: gladiũ seueritatis ꝛ iustitie ad malignos arcẽdum: fistulã specialr eloquẽtie ad p̃dicãduꝫ ꝛ ad deũ laudãdum: gallum vigilis diligentie ad oia preuidendum ꝛ ad nociua omnia precauẽdum: que oia videꝛ innuere Apostolus.2. Thim. Ubi dicit: predica verbũ: insta oportune iportune: hec quo ad fistulã eloquẽtie: argue obsecra increpa: quo ad gladiũ iustitie: tu vo vigila i oib⁹ labora opus fac euãgeliste quo ad gallũ vigilis diligẽtie: ministeriuꝫ tuuꝫ iple quo ad virgã pastoralis eminẽ

Fulgen.
Raban.
Raban.
Esaye.
Paul.


nentie: ⁊ sic iste est deus mercatorū spūaliū inq̄stū .s. cōmutabit spūalia pro terrenis. Deus ēt furtorꝫ dr̄ inq̄tū furat̄ diabolo peccatores ipsos ad fidē ⁊ iustitiā cōuertēdo: ⁊ de nigris cādidos: ⁊ de impijs iustos faciēdo: se ēt de viro mutabit in feminā ⁊ ecōuerso: cōditiones suas secūdū loca tēpora ⁊ psonas diuersimode variādo: ⁊ nūc virtuosus: vigorosus: cōstās: nūc vero femina .i. mollis
Paul. benignus ⁊ cōpatiens apparēdo: dicēs illud. Corin. 9. Oibus oia factus sum. Et sic iste argū occulatū .i. diabolū vel vsurarios ⁊ alios malitiosos ⁊ astutos poterit vincere ⁊ eos ante se ꝓsternere ⁊ mediāte virga virtutis ⁊ iurisditionis sue cōtra eos ꝑualere: dū tñ illa virga serpētibus .i. viris prudentibus sit circūsepta: ⁊ dū sua iurisdictio p serpētinā prudentiā sit directa: qꝛ nunq̄ prelatus virga iurisdictionis bene vtit̄ ⁊ nūq̄ p ipsū argus .i. diabolus malitiosus prosternit̄ seu vincit̄: nisi turba serpentū .i. virorū prudētū: de qbꝫ dr̄. Estote pru-
Eccle. dētes sicut serpentes: circa eū cōmitet̄: ⁊ ad eius ꝯsilia adimiret̄. Eccl. 12. Uiri iusti sint tibi ꝯuiue. Uel dic ꝙ talis Mercurius dꝫ esse qlibet bonus subditꝰ vel minister: qꝛ .s. ipse dꝫ habere caput .i. cor caninū p fidelitatē: alas ꝯtēplationis in capite .i. in corde per eleuatā ad deū voluntatē vl̄ voluptatē: pedes etiā debet habere alatos p obediētiā ⁊ sedulitatē: virgā somniferā .i. crucis memo-
Psal. riā q̄ dat menti soporē ⁊ suauitatē. ꝓs. Uirga tua ⁊ baculus tuus ipsa me consolata sūt. Iste ēt dꝫ h̄re diuini amoris gladiū: fistulā diuine laudis ⁊ orōnis: gallū vigilantie ⁊ boni operis: ⁊ dꝫ nunc esse vir nūc femina p cōformitatē sui cordialis amoris: qꝛ .s. iste cū viris .i. cū discretis ⁊ virtuosis dꝫ se similē ostēdere: cū femínis vero .i. cū simplicibus dꝫ se similē exhibere: vt sic se sciat omnibꝰ
Paul. ꝯformare ⁊ cūctis in dn̄o cōplacere. Apl̄s .n. ait: placete oībꝰ p oia: galeriū hu-
Senec. militatis dꝫ gerere quo suos capillos .i. virtutes possit abscōdere. Seneca. ait. Esto occultator virtutū sicut alij viciorū. ¶ Uel quarto dic in malo ꝙ iste Mercurius significat mūdi aduocatos ⁊ seculi sapientes: q caput h̄nt caninū per insatiabilē auaritiā: galeriū sup caput p sue male intētionis occultationē: pedes ⁊ caput alatos per presumptionē ⁊ superbiā: virgā habent somniferam .i. deceptionē ⁊ malitiā: fistulā habēt in ore .i. fallaciā: elloquentiā: adulationē: ⁊ blāditiā: gladiū habēt in manu .i. durā crudelitatē ⁊ seuitiā: galū vero habēt secū .s. vigilē ⁊ diligētē astutiā: nūc vir: nūc femina p fraudulētiā suorū morū mutationē ⁊ fictionē. Quid plura: isti sunt dij ⁊ pauoni furtorꝫ .i. iniquorum lucrorū: dij etiā sunt ⁊ dn̄i mercatorū .i. lucrorū ⁊ prouentuū: qꝛ breuiter quicqd tangunt verbis suis faciunt dormire: ita ꝙ p astutias suas solēt argū .i. platos ⁊ principes circūsedere ⁊ oculatos aliquando decipere ⁊ suis volūtatibus subiugare. Sicut ad litteram videmus de sapientibus mundi ⁊ aduocatis: qui principibus ⁊ superioribus dominant̄ inq̄tum per eorū consilia totaliter gubernant̄: q .s. totaliter obediūt eisdem: sic ꝙ ab eis sopiti vel ex eo iugulati vi-
Osee. dentur. Unde isti sunt de quibus dicitur Osee. c. 7. In malitia sua letificauerunt regem ⁊ in mandatis suis principes.

¶ De Mercurij motu ⁊ natura siue proprietate. Cap. 64.

Elum Mercurij in supficie concaua celi Ueneris cōtinetur: ⁊ in orbes quinq3 ⁊ epiciclū partit̄: habet .n. duos orbes inequalis spissitudinis: quorū supficies cōuexa supremi ⁊ cōcaua infimi mūdo cōcētrice sunt:

superficies

ſuperficies vero concaua ſupremi ⁊ conuexa infimi mūdo ſunt eccētrice: ſibi ip ſis tñ concentrice: ⁊ hac centrū (qđ ēt centrum parui circuli nominamus) a cē tro equantis tantū: quantū centrum equātis a centro mūdi diſtat. Et vocant hi duo orbes augē equātis deferentes. Mouent aūt ſuper polis zodiaci ad mo tum octaue ſphere. Inter hos extremos ſunt duo alij orbes ſimiliter inequalis ſpiſſitudinis: quoꝝ ſupficies cōuexa ſupioris ⁊ cōcaua inferioris idē centrum cum centro proprio predictorum orbium habēt. i. centrum parui circuli. Sed ſuperficies concaua ſuperioris ⁊ cōuexa inferioris idem centrum habent cum orbe quinto inter ipſos incluſo: qui deferens Mercurij dicitur. Hi duo orbes (quos ad differentiā dictoꝝ nigros fieri volumus) vocantur eccentrici defe rentes: ⁊ mouentur ſuper centro parui circuli contra ſucceſſionē ſignoꝝ ſuper axe: qſiqꝫ axe zodiaci eque diſtanti ⁊ centrū parui circuli tranſeunte eadem ve locitate: qua linea medij motus ſolis ſm ſucceſſionē ſignoꝝ voluitur: horū or bium motu fit vt centrū eccentrici ſiue deferentis epiciclū circūferentiā quādā parui circuli deſcribat: ⁊ hec circūferētia p centrum equantis ibit: ⁊ centrū pro prium extremoꝝ orbium includit: quo ⁊ pro ſuo vtitur. Orbis autem epiciclus



deferens mouetur super centrum equantis in longitudinem secundum successionem signorum: eadem velocitate cum linea medij motus Solis: vt de Venere dictum est. In latitudinem vero mouetur quemadmodum Veneris deferens: hoc dempto quod medietas eius in qua epiciclus est semper versus austrum ab ecliptica declinat: cuius oppositum in Venere reperitur. Epiciclus autem eius mouetur vt epiciclus Veneris. In quatuor tamen mensibus solaribus fere vnam reuolutionem in longitudinem super centro suo perficit. Alia autem sunt in motibus Mercurij: de quibus hic non est locus: planeta vero Mercurius omnia signa zodiaci fere ad motum Solis peragrat. Est autem Mercurius (qui et stilbon.) minor terra. Continet.n.terra Mercurij quantitatem.21952. vicibus. Et etiam concauum Mercurij a centro terre distat miliaribus.208541. Mercurius secundum misael est planeta temperatus: nocturnus: modo masculinus: modo femininus: cito.n.se vertit ad naturam illius cui adiungitur: vt cum bonis bonus: cum malis malus: cum mediocribus mediocris efficiatur. Unde et in superiori parte sui orbis miscet qualitates suas cum qualitatibus

Isidor'. Veneris: et ideo fingitur a poetis quod cum ea fuerit fornicatus: vt dicit Isidorus. Aliquando ante Solis ortum: aliquando post occasum splendet. Et ideo ab antiquis vesperus nuncupabatur. Aquis etiam dicitur dominari. Unde Lu-

Lucan' canus loquens de Mercurio dixit: quam cum dominus percussit aquarum.

Ptbole. Dicitur etiam a poetis: deus eloquentie et sapientie. Unde secundum Ptbol. Mercurius dat esse studiosos et scientie numerorum amatores; disponit.n.et habilitat ad scientiam et vsum calculi et computationis. Et ideo dicitur fuisse deus mercatorum: quia mercatori computatio summe necessaria est. Dicitur autem

Isidor'. deus palestre: vt dicit Isidorus: eo quod cum Sole luctatur quasi volens cum superare: semper.n.iuxta Solem graditur: nunquam plus distans quam per nouem gradus: vnde raro videtur: quia semper fere sub radijs solaribus occultatur. Et ideo propter calorem Solis fuscus depingitur: et propter suam celeritatem cursor deorum in fabulis nuncupatur: quia nunc cum Sole: nunc ante; nunc post graditur. Quando autem Solem preuenit radijs solaribus proximus stare videtur et dicitur stationarius. Sed quando sequitur videtur retogradus; vt

Macro.| dicit Macrobius. Secundum Ptbolemeum autem sub Mercurio sunt gemi-

Ptbole. ni et Virgo: et regnat in Virgine: sed in Piscibus regnum abscedit. Cum Sole semper moratur vno signo ante aut post. Sub Mercurio continentur fortunium: negotiatio: furtum: et significat rationem et sapientiam: et est albus: cum beniuolis beniuolus: et cum malis malus. Moratur in vno quoque signo. 28. diebus: et sex horis: et in.338. diebus complet cursum suum: bucul Ptbolemeº.

Mercurij





¶ Mercurij moralitas. Cap. 65.

m Ercurius est planeta temperatus: nocturnus: modo masculinus: modo femininus: cito. n. se vertit ad naturam illius cui coniungitur: qr bonis bonus: malis malus efficitur: sicut dicit Misael. Sic vere sunt multi nocturni ignorantes & imperfecti: qui habent animum ita leuem & propositum ita instabile: quod nunc masculini: nunc feminini. i. nunc boni sunt: nunc mali: qr reuera ad naturam illorum: quibus coniunguntur per societatem: facillime conuertuntur: vt si boni sunt: boni fiant & econuerso: quia statim per aliorum verba & exempla de vno proposito ad aliud se conuertunt & immutant: iuxta illud Eccle. 15. Qui cito credit leuis est corde. & Psal. cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris: & cum electo electus eris: & cum peruerso peruersus eris: vel peruerteris. Uel dic quod Mercurius est bonus obediens: qui secundum voluntatem illius cui cõiungitur. i. prelati sui: suas mutat voluntates & regulat. Sapientie. xi. vnicuiqz voluntati deseruiens ad quod quisqz volebat conuertebatur. Uel dic quod talis est prelatus: quia. s. iste secundum quod inuenit subditos dispositos: malos. s. vel bonos: mediocres vel medios secundum hoc ipse debet agere: & se eis prebere bonum: benignum: & beneficium: vel malum. i. rigidum & seuerum prebere. 1. Corint. 5. omnibus oia fact⁹ sum. Itẽ Mercurius de⁹ eloquẽtie a poetis est dictus: qr sm Isido. & Ptbol. facit hoiem studiosũ: eloquẽtẽ & calculatorẽ & cõputatorẽ. Talis dz eẽ platus

Misael. Ecclesiastes. Sapiẽ. Paul. Isidor⁹. Ptbole.

vel pdicator: qr ipse oz bre sapiaz in regendo: eloquetia in pdicado: virtutes et
Act. ꝛ merita subditoꝝ oz equaliter numerare. Act. 15. Uocabat Paulu Mercuriu
eo q eet dux vbi. Uel dic q bonus platus facit hoies studiosos: inquatu vult
ꝛ laborat: vt subditi habeat sciaz ꝛ eloquetia. Mercurius sp est cum sole vno si
gno ante: vel vno signo post: qn sole pcedit radijs solarib⁹ stationarius efficit:
li ei sit ppinquus: qn aut cu sequit: dr esse retrogradus. Sic boni semp sunt cu
sole xpo p gram: ꝛ charitate: ꝛ sic fiut qnqz stationarij p firmitate i fide ꝛ amo
re dei ꝛ pximi: ꝛ p fortitudine in sustinedo aduersa p xpo. Qnqz vero sunt re
Ps trogradi p pterite vite sue 9sideratione. ps. Jordanis 9uersus e retrorsu. Uel
dic q sol e luces mudi huius psperitas: q oculos intellectus stupefacit: ho aut
ista opz vt comittet du est in hac vita. Sed si ipsam pueniat ꝛ ea cotenat ꝛ post
se relinquat: tuc efficit stationarius: qr tuc ipse 9tra tetationes ꝛ tribulationes
